BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
26 B
77

12 — 22. c. 38.

Digitized by Google

3 - B. 33.

Digitized by Google

Digitized by Google

COMMENTARIA IN BVLLAM

Gregorij XIV. Pont. Max.

DE IMMVNITATE, ET LIBERTATE ECCLESIASTICA,

Legum Ciuilium, & ſacrorum Canonum ſtudioſis non minus vtilia, quam perneceſſaria;

Necnon Clericis omnibus ſcitu maxime digna:

AVTHORE

ALEXANDRO AMBROSINO

Foroſempronienſi I. C. Præclariſſimo.

Cum duplici, altero ſummariorum Capitum, altero præcipuarum rerum, quæ in ipſis tractantur, Indice locupletiſſimo.





BRACCIANI, SVMPTIBVS VINCENTII CASTELLANI.
Ex Typographia Andreæ Phæi. MDCXXI.
SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

CLEMENTI MERLINO
SACRÆ ROMANÆ ROTÆ
Auditori meritiſſimo.

Vincentius Caſtellanus F.

VIdemus quidem(Illuſtriſſime Domine)cum cæteris mundi partibus in Societatem cælum coire ad rerum vniuerſitatem conſtituendam,ſed non propterea(ſi doctoribus philoſophis credimus) ex iiſdem initijs compactum eſt, quibus conſtant reliqua. eſt enim illi natura longè præſtantior,quæ nec affici ab inferioribus hiſce vllo modo poteſt. Non abſimili ratione ſacerdotes alioſq; mancipatos homines Dei atq; Eccleſiæ miniſterio, qui cæli nomine alicubi ſacris in litteris appellantur, tametſi ſeiuncti a Republica non cenſentur, cum tamen diuino quodam charactere ſint inſigniti, & nobilioribus illuſtres virtutibus quaſi alio plaſmate compoſiti, immunes degere par erat à pręſtationibus quibuſdam,aliiſq; muneribus, quibus reliqui ciues ſunt obnoxij. qua etiam immunitate res ipſæ Deo addictæ gaudent. Priuilegia huiuſmodi neq; defuerunt, neq; deſunt, qui labefactare conantur: haud enim ſoli gigantes vim cælo inferre tentarunt. quapropter occaſio ſe per opportuna præbuit viris Doctiſſimis tam Theologis, quam Iuriſconſultis eadem propugnandi: imprimis Alexandro Ambroſino, Iuris Conſulto

Digitized by Google

peritiſſimo, per cuius laudes ſpaciari iucundum ſanè mihi eſſet, ſi aut eius tibi in litteris prȩſtantia minus perſpecta foret, aut ſuo ipſe prȩconio non abundè clareret. Commentaria de Immunitate Eccleſiaſtica, quem ego bono publico in lucem denuo edere cum ſtatuerim, tibi (Illuſtriſs. Domine) nuncupatum nunc venio; Tu enim vnus mihi viſus es, qui tuo veluti iure id à me exigeres, ſiue rem ipſam, qua de agitur, ſpectem, ſiue eximiam, qua te merito proſequor, obſeruantiam. Vt enim Dei Opt. Max. iuſſu conſtituta eſt immunitas Eccleſiaſtica, ita eius tuitio ad illos potiſſimum pertinet, qui locum in Eccleſia tenent. Ego certè cum egregias tuas virtutes, pietatem in Deum, prudentiam, humanitatem, liberalitatem, egenos ſubleuandi ſtudium cum cæteris, quibus ille innoteſcunt, demiratus ſemper ſum, tum in Eccleſiaſtica Immunitate tuenda præcipuum ac magna prorſus laude commendandum in te feruorem deprehendiſſe me profiteor; cum non ſemel tecum agere mihi contigiſſet multis de rebus, in quibus tuam expertus adeò ſum humanitatem vt me tibi deuinctiſſimum ſentiam. Vides quid me permouerit ad hoc tibi opus dicandum. nec dubito, quin perbenignè (vti conſueſti) abs te excipiatur: nam de mea in te obſeruantia quid attinet vlterius verba facere? Ego ſanè quemadmodum præclariſſimas tuas virtutes in ſacra iſta Rota Romana, iiſdem virtutibus meritò tributa, ſummoperè demiror: ita in te colendo nemini prorſus concedo, ac nulla de re impenſius gloriari ſoleo, quàm quod in tuam me clientelam penitus dediderim. Vale.

INDEX CAPITVM PRÆSENTIS Tractatus.

Cap. I.

Qvo iure introducta fuerit immunitas Eccleſiarum ; de cauſa Conſtitutionis Gregorianæ.

Cap. II.

De publicis latronibus, qui immunitate Eccleſiaſtica non fruuntur.

Cap. III.

De Graſſatoribus viarum, indignis Eccleſiaſtica *immunitate.*

Cap. IIII.

De Depopulatoribus agrorum.

Cap. V.

De Delinquente in Eccleſia, *ſi gaudeat illius immunitate.*

Cap. VI.

Proditores non gaudent beneficio immunitatis Eccleſiæ, & qui dicantur Proditores.

Cap. VII.

Aſſaſinos non gaudere hac immunitate, & quis dicatur aſſaſinus, & unde dicitur.

Cap VIII.

De Hæreticis, quibus in caſibus immunitate Eccleſiaſtica ſint priuati.

Cap.

Digitized by Google

Cap. IX.
De reis læſæ Maieſtatis crimine, quomodo, & quando hac immunitate ſunt priuati.
Cap. X.
Nunquid immunitas iſta omnibus Eccleſiis ſit attributa.
Cap. XI.
Quid faciendum delinquente in Eccleſiam ſe recepto.
Cap. XII.
Clerici delinquentes, ſi in Eccleſias confugerint, an in illis ſint tuti.
Cap. XIII.
De Debitore confugiente ad Eccleſiam, nunquid inſtantibus Creditoribus ſit extrahendus.
Cap. XIV.
An conſuetudo poſſit dare facultatem laici Iudicibus extrahendi propria authoritate confugientes ad Eccleſias.
Cap. XV.
De Pœnis extrahentium ab Eccleſiis delinquentes.
Cap. XVI.
De Eccleſiaſtica iuriſdictione a ſeculari ſeparata, & quo iure exemptio Eccleſiaſticarum perſonarum a laicali iuriſdictione fuerit introducta.
Cap. XVII.
De exemptione clericorum a iuriſdictione laicali in criminalibus.
Cap. XVIII.
De caſibus, in quibus laicis Iudex de delictis clericorum cognoſcere poſſit.
Cap. XIX.
De clericatu poſt delictum aſſumpto, an, & quando eximat a ſeculari poteſtate.

Cap.

Cap. XX.
De exemptione clericorum a laicali iuriſdictione in ciuilibus.
Cap. XXI.
De ſtatutis laicorum quomodo ligent clericos.
Cap. XXII.
Appellatione clericorum qui veniant in materia immunitatis Eccleſiaſtici fori.
Cap. XXIII.
De habitu, & tonſura clericorum.
Cap. XXIV.
Clericatus quomodo probetur.

Finis Capitum indicis.

Digitized by Google

Ego Fr. Ludouicus de Genua, Lector, & Vic. S. Off. Parmæ, concedo facultatem imprimendi, cum nihil ſit contra fidem.

Io. Petrus Parauicinus Vic. Parmę generalis, &c. imprimi concedit.

Imprimatur. D. Lucas Ricciottus Archipresb. Bracciani, & Vic. For. pro Reuerendiſſimo Epiſcopo Sutrino, & Nepeſino.

Imprimatur. Fr. Vincentius Bartholus Mag. & Reuerendiſs. P.M. Sac. Pal. Apoſt. Socius.

Digitized by Google

Conſtitutio
S. D. N. GREGORII
DIVINA PROVIDENTIA
PAPAE XIIII.
Super Immunitate Eccleſiarum.

GREGORIVS EPISCOPVS
Seruus ſeruorum Dei,

Ad perpetuam rei memoriam.

CVM alias nonnulli Prædeceſſores noſtri,& præſertim fel.rec. Sixtus Papa Quintus,necnon Pius etiam Quintus ſãcto zelo ducti diuerſas facultates, & indulta extrahendi etiam in caſibus quibuſdam a iure non permiſſis,ex Eccleſiis crimino ſos,& delinquentes,cõpluribus ſe cularibus Principibus,eorũq; Curiis,& Magiſtratibus ſub varijs modis,& formis conceſſerint,prout in illis plenius continetur. Experientia poſtmodũ docuit,tũ ob diuerſitatem,& differentiam huiuſmodi indultorum, tum quia pleriq;eorundem Principũ Miniſtri,ex hoc ipſo, illa diuerſimode,etiam latius,quam par erat,& ad ſuum libitũ interpretandi occaſionẽ arripuerũt,illiſq;abuti ceperũt,ſubortam eſſe non mediocrem in aliquibus locis libertatis, & immunitatis Eccleſiaſticæ perturbationem,& confuſionẽ alibi vero,ne ipſos quidẽ laicos indultis huiuſmodi vti voluiſſe,aut potuiſſe,quod Pupulis inueterata erga Eccleſias reuerentia,deuotis,& aſſuetis,ſcandali potius,quã quietis occaſionẽ prębe rent. Illud etiam abſurdum ſępenumero

Digitized by Google

ſecutũ eſt,vt infimæ interdũ conditionis laici, non modo iuris,ſed etiam literarum pænitus ignari,& imperiti, dum quaſi poteſtates;aut miniſtri Curię ſecularis in aliquo Caſtro,aut Oppidulo iuriſdictionẽ exercebant facultatum,& indultorũ huiuſmodi limites lõge exceſſerint,eaq; ſuo arbitratu in ſenſus minus rectos,& ab intentione concedẽtis omnino alienos detorſerint, & illorũ prætextu quicquid ſibi in mẽtẽ venit attentare præſumpſerint in graue iuriſdictionis,& immunitatis Eccleſiaſticæ præiudiciũ, locorũ, & perſonarum Diuino cultui dicatarum contẽptũ, ipſius Diuinę Maieſtatis offenſam,& ſcandalũ plurimorũ. Quare pro cõmiſſo nobis a Domino Paſtoralis officii munere,prędictis abſurdis,& ſcandalis obuiare,ac differẽtias huiuſmodi ad vniformẽ regulã reducere,omnẽq; dubitãdi ac perperam interpretandi occaſionẽ,dilucida declaratione ſubmouere,abuſus tollere,& ne Eccleſiaſtica iura planè conculcentur, & negligantur opportunè prouidere decreuimus,prout ẽt d.Sixtus Prædeceſſor noſter ijſdem de cauſis motus ſtatuere decreuerat, licet morte præuentus hoc adimplere nequiuerit,ita tamen, vt quando præſens tẽporũ calamitas, & nimia,quæ iã inualuit,peruerſorũ hominũ malitia id expoſcit,aliquid ẽt ad terrorẽ delinquentiũ,& ad coercẽda illorũ facinora vltra id,quod priſca illa maiorũ noſtrorũ diſciplina,& vetus ſacrorũ Canonum norma præſcripſerat,in quibuſdam caſibus cõgrua moderatione adhibita permittamus. Hac itaq;noſtra perpetuo valitura Conſtitutione,omnia,& quęcũq;priuilegia,indulta,& gratias tam per prędictum Sixtum,ac Pium Quintũ, quam alios quoſcũq;noſtros Prædeceſſores,aut noſmetipſos,ſedẽq;Apoſtolicam,eiuſue Legatos ſuper abducẽdis, vel extrahẽdis ab Eccleſiis,Monaſteriis,ſacellis,domibus regularibus,& ſecularibus,lociſue ſacris, aut religioſis, aliaſq;

Digitized by Google

liaſq; in caſibus a iure permiſſis hominibus certorum tunc expreſſorum, vel non expreſſorũ criminũ reis, aut fraudolẽtis decoctoribus, etiam in odium certorũ delictorũ, & pro bono, pace, & quiete publica, & ex cauſis vrgentiſſimis, ac neceſſariis, & ęquipollẽtibus caſibus in iure expreſſis atq; ex paritate, idẽtitate, aut maioritate rationis extenſis, perpetuo, vel ad certũ nondum elapſum tempus, ſeu ad vitam alicuius Principis, aut beneplacitũ, ſeu alias quomodolibet conceſſa, ẽt iteratis, aut multiplicatis vicibus approbata, & innouata, ac vſu recepta, litteraſq; Apoſtolicas ſub plũbo, aut in forma Breuis, ſeu alias quomodocumq; deſuper confectas, quarũ tenores hic haberi volumus pro expreſſis ac ad verbũ inſertis, ſublata penitus omni differẽtia, ita ad vnam tantum formam reducimus, & moderamur, vt laicis ad Eccleſias; locaq; ſacra, & religioſa prędicta confugiẽtibus, ſi fuerint publici latrones, viarumq; graſſatores, qui itinera frequentata, vel publicas ſtratas obſidẽt, ac viatores ex inſidiis aggrediuntur, aut depopulatores agrorũ, quiuè homicidia, & mutilationes mẽbrorum in ipſis Eccleſiis, earũuè Cęmeterijs cõmittere nõ verẽtur, aut qui proditoriè proximum ſuum occiderint, aut Aſſaſſini, vel hæreſis, aut læſæ Maieſtatis in perſonam ipſiuſmet Principis rei, immunitas Eccleſiaſtica non ſuffragetur. Sed vniuerſis, & ſingulis venerabilibus fratribus noſtris Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, cęteriſq; Eccleſiarum, & Monaſteriorũ Prælatis, tam ſecularibus, quam cuiuſuis ordinis regularibus diſtrictè præcipiendo mandamus, & præcipimus, vt laicos in caſibus prædictis delinquẽtes ad eorũ Eccleſias; Monaſteria, domos, & alia loca ſupradicta ſacra, ſeu religioſa reſpectiuè confugiẽtes, & in eis ſe recipiẽtes, atq; morantes, qui prædicta delicta, eorũuè aliquod iudicio ſuo cõmiſiſſe videbuntur quando a Curia ſeculari

Digitized by Google

ſuerint requiſiti, & quilibet eorũ fuerit requiſitus, miniſtris,& officialibus Curię ſecularis abſq;irregularitatis nota,aut alicuius cẽſuræ Eccleſiaſticæ incurſu tradi,& conſignari curẽt,& faciant,& quilibet eorũ curet,& faciat. Ne autẽ Curiæ ſecularis prædictæ Miniſtri facultate illos per ſe,& propria auctoritate extrahẽdi,& abducẽdi ſibi olim, vt præfertur,attributa,& per præsẽtes reuocata,abutãtur. Volumus,dictaq;auctoritate decernimus,& declaramus, vt Curia ſecularis,eiuſq;iudices,& officiales ab Eccleſiis Monaſteriis,lociſq; ſacris prædictis laicũ aliquẽ,vt præfertur,delinquẽtẽ in nullo ex caſib. ſupradictis ſine expreſſa licẽtia Epiſcopi,vel eius officialis,& cũ interuentu perſonæ Eccleſiaſticæ ab eo auctoritatẽ habẽtis,ad quos ſolos, & nõ alios Epiſcopis inferiores,ẽt ſi alias ordinarii ſint,aut nullius diæceſis,aut Cõſeruatores ab hac ſede ſpecialiter vel generaliter deputati,prædictam licẽtiã dandi facultas pertineat,occurrente aũt caſu in loco exempto,& nullius diæceſis,tunc ad Epiſcopũ viciniorem deuoluatur hęc cognitio,& non ad alios,capere, extrahere, aut incarcerare non poſſint,niſi eo caſu,quo ipſe Epiſcopus,& dictæ perſonæ Eccleſiaſticæ requiſitæ illos in delictis ſuperius expreſſis culpabiles,tradere,aut capturę,& carcerationi interuenire,& aſſiſtere,recuſauerint,tumq;reuerentiæ Eccleſię,& locis ſacris debitæ memores,prędictos delinquẽtes minori,quo id fieri poterit,cum ſcandalo,& tumultu extrahere curent. Quodq;delinquentes laici prædicti,poſtquam,vt præfertur,ab Eccleſiis,lociſuè ſacris extracti, & capti fuerint,ad carceres Curiæ Eccleſiaſticę reponi,&inibi ſub tuto,& firmo carcere, ac opportuna cuſtodia data illis, ſi opus fuerit,per Curiã ſecularẽ,detineri debeãt,nec inde extrahi,Curiæq; ſeculari prędictę conſignari, nec tradi poſſint,niſi cognito prius per Epiſcopũ,ſeu ab eo deputatum

an

an ipſi verè crimina ſuperius expreſſa commiſerint,tūcq; demum de mandato Epiſcopi,per Iudicem Eccleſiaſticū Curiæ ſeculari quacunque appellatione poſtpoſita,conſignentur. De crimine vero hæreſis cognitio ad forū Eccleſiaſticum tota pertineat,neq;in ea Curia ſecularis ſe quoquomodo intromittat:Sicut ét prohibemus,ne contra Eccleſiaſticas perſonas ſeculares,aut cuiuſuis ordinis,vel militiæ,ét s.Ioannis Hieroſolymitani, regulares quoquomodo,etiam vigore prędictorū priuilegiorū,indultorū,aut cōceſſionum, quæ omnia ad terminos iuris per præſentes reducimus,procedant,aut ſe intromittant,illaſuè ab Eccleſiis,Monaſteriis,domib. lociſq, ſacris, aut religioſis,etiam in caſib. in hac Cōſtitutione expreſſis,extrahere,abducere capere,carcerare, aut cognoſcere de criminibus ad forum Eccleſiaſticū pertinentibus, alias quam de iure,& per priuilegia eiſdē ordinibus,aut militiis conceſſa,permittitur, quomodolibet præſumant. Quod ſi quis,quacumq;dignitate,& auctoritate præditus,præmiſſorum,aut alio quouis prętextu,quicquam pręter,aut cōtra huius noſtrę Cōſtitutionis tenorem attentare præſumpſerit, declaramus eum ipſo facto cenſuras,& poenas eaſdē incurrere,quæ contra libertatis, iuris, & immunitatis Eccleſiaſticæ violatores, per ſacros Canones,& Conciliorū generaliū, noſtrorūq; Prędeceſſorū Conſtitutiones ſunt promulgatæ. Sicq. per quoſcūq;iudices,ordinarios, & delegatos,etiā cauſarū Palatii Apoſtolici Auditores,& S.R.E.Card. ſublata eis, & eorū cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate,in quauis cauſa, & inſtantia iudicari, & deffiniri debere,necnō irritum decernimus, & inane,ſi ſecus ſuper his per quoſcūq;quauis auctoritate ſciēter,vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus præmiſſis tam Sixti & Pii Quinti quam aliorum quorumcunq;Prædeceſſorum

Digitized by Google

noſtrorum litteris Apoſtolicis, priuilegijs, īndultis,& facultatibus,quibuſuis perſonis,etiā Imperiali,Regia,Ducali,aut alia quauis dignitate,& auctoritate fulgentibus,aut Rebuſpublicis,Dominijs,Regnis,Prouinciis, Ciuitatibus, Terris,& locis,eorumuè Curiis; Parlamentis, Senatibus, Cōſiliis,Communitatibus Vniuerſitatibus,Collegiis, aut Præſidentibus,Proregibus, Gubernatoribus, Locatenentibus,Vicariis,Poteſtatibus,aliiſq; Magiſtratibus, Officialibus, Miniſtris,aut Conſiliariis ex prędictis, vel aliis etiā grauioribus, & vrgentioribus cauſis; tam illorum intuitu, & contemplatione, ſiue ad eorum preces, & inſtantiam, quam etiam Motu proprio,& ex certa ſcientia,deq; Apoſtolicæ Poteſtatis plenitudine,ac per modum ſtatuti,& legis perpetuæ,etiam in vim contractus, & fratrum noſtrorum conſilio, ſub quibuſcumq; tenoribus, & formis, & cum quibuſuis præſeruatiuis,reſtitutiuis,mentis atteſtatiuis;derogatoriarum derogatoriis,aliiſq; validiſſimis,efficaciſſimis,& inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis,etiam ſi inibi caueatur expreſsè, quod illis, niſi ſub certis modis,& formis,& niſi de expreſſo eorum conſenſu,ad quorum fauorem conceſſæ fuerint,derogari poſſit;& aliter factæ derogationes nullius ſint roboris,vel momenti,& aliàs quomodolibet cōceſſis,etiam ſæpius approbatis, & innouatis: Quæ omnia, & ſingula, ac illorum tenores pro expreſſis habentes, quatenus præmiſſis in aliquo aduerſentur, aut plures, quam ſuperius expreſſos caſus contineant,auctoritate,& tenore prę miſſis,omnino ac perpetuo tollimus, & abrogamus, ac ad terminos præſentis Conſtitutionis, quo ad ſuperius deſcripta dumtaxat reducimus,& nolumus cuiquam de cætero ſuffragari, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali,vel ſpeciali,per quę pręſentibus non expreſſa,vel ad verbum non

inſerta

inſerta effectus earum quomodolibet valeat impedire. Vt autem pręſentes Literæ ad omnium notitiam facilius deducantur, mandamus illas in Valuis S. Ioan. Lateranen. & Principis Apoſtolorum Baſilicarum de Vrbe, necnon Cancellarię Apoſtolicę de more affigi, & publicari, earum etiã exemplis inibi affixis, & dimiſſis, ac poſt publicationem huiuſmodi volumus, & decernimus, vt omnes, & ſingulos quos concernunt, & concernent in futurũ, perinde arctẽt, & afficiant, ac ſi eorum cuilibet perſonaliter intimatę fuiſſent; earundẽ vero præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, Notarii publici manu ſubſcriptis eandẽ fidem in iudicio, & extra illud vbiq; gentium, & locorum haberi volumus, quæ eiſdem originalibus Literis haberetur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ moderationis, præcepti mandatorũ, decretorũ, reductionum, declarationum, prohibitionis, ſublationis, abrogationis, & volũtatis infringere, vel ei auſu temerario contraire; ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotẽtis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Romæ in Monte Quirinali. Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quingenteſimo Nonageſimo primo, Nono Kal. Iunii. Pontificatus noſtri anno primo.

L. Dat.

M. Veſtrius Barbianus.

Regiſtrata apud Marcellum Secretarium.

A. de Alexiis.

Anno à Natiuitate Domini Milleſimo quingenteſimo nonageſimo primo Indictione quarta, die vero vigeſimooctauo menſis Maii, Pontificatus Sanctiſs. in Chriſto Patris, &

Digitized by Google

D.N.D. Gregorii diuina Prouidentia Papæ decimiquarti anno primo. Retroſcriptæ Literę Apoſtolicę affixę,& publicatę fuerunt in Valuis Baſilicarum Principis Apoſtolorum de Vrbe, & S. Ioan. Lateranen. necnon Cancellarię Apoſtolicę, & Aciei Campi Florę, vt moris eſt, per nos Catharinum Menandri,& Nicolaum Drouyn. Curſ.

Pompeius Guerra Mag. Curſ.

Quo iure introducta fuerit immunitas Eccleſiarum,& de cauſa Conſtitutionis Gregorianæ. Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia, et loca ſacra maxima in veneratione fuere.* *Et verba Theodoſii iunioris Imperatoris referũtur.*

2 *Inter Eccleſiarum priuilegia, præcipuè eſt immunitas, ne ab eis delinquentes inuiti extrahantur.* *Pœnæq; extrahentium enumerantur.*

3 *Immunitas cõceſſa Eccleſiis, ne delinquẽtes ad eas cõfugiẽtes extrahãtur an ſit de iure Diuino, ſeu poſitiuo, demõſtratur.*

4 *Leges Imperiales circa immunitatis Eccleſiarum præiudicium non attendendæ.* *Et quotieſcunq; ius ciuile, a Canonibus diſcrepat, non ciuile, ſed canonicum ius ſeruandum.* *Et in foro laicali.*

5 *Nullus prorſus laicus etiam ſi Imperator eſſet, vel Rex, poteſt confugientem ad Eccleſiam extrahere.* *Et Bonifacius Rex a D. Auguſtino excommunicatus, quia delinquentem ab Eccleſia extraxerat.* *Cuius Bonifacii reſponſiua verba recenſentur.*

6 *Solus Papa poteſt iubere, vt in omni caſu confugiens ad Eccle-*

cle-

Digitized by Google

cleſiam extrahatur.

7 *Gentiles huiuſca immunitatis ſeruatores.*

8 *Immunitas templorum iurae naturae a beſtiis ipſis ſeruata.*

9 *Iudices laici non debent aegrè ferre immunitatem Eccleſiis, lciſuè ſacris eſſe conceſſam.*

10 *Verba D.Chriſoſtomi referuntur, dum Eutropium, qui ad Eccleſiam confugerat, defendit,ne extraheretur.*

11 *Immunitatem iſtam Eccleſiarum in deſuetudinem abiiſſe Scribentes affirmarunt.*

12 *Ad Miniſtrorum Curiae ſecularis audaciam compeſcendam circa immunitatẽ* Eccleſiarum *Gregoriana noſtra fuit promulgata.*

13 *Conſtitutio iſta,cum excipiat nonnullos caſus, in quibus de linquentes non ſunt tuti in* Eccleſiis *in reliquis facit omnium incluſionem.*

14 *Conſtitutionem iſtam non eſſe extendendam ad alios caſus vltra expreſſos demonſtratur.*

1 SEmper,& vbiq; Eccleſię, locauè ſacra apud omnes gentes maxima in veneratione fuerunt, & Theodoſius iunior Imperator ille pius, qui honos Eccleſiis debeatur, his verbis expreſſit. Nos(inquit)qui legitimi imperii armis nũquam nõ circũdamur,quouſq; ſine armis ſtipatoribus eſſe non cõuenit, Dei Templum ingreſſuri foris arma relinquimus, & ipsũ diadema Regię Maieſtatis inſigne humiliter deponimus, & ad ſacra Altaria munerum tantum offerendorum cauſa accedimus,quibus quoq; oblatis, ad extimum cõmuneq; atriũ mox nos recipimus,nec quicquam ex propinqua Diuinitate nobis arrogamus. Ex quibus verbis quam humiliter iſte Imperator Eccleſiam Dei ingrederetur,apparet prout refert Illuſt.Card.Baron.ann. Eccl.to.5.ann.431.

Qua-

Digitized by Google

2 Quapropter multa priuilegia illis conceſſa legimus, inter quæ præcipuum eſſe illud mihi ſemper viſum fuit, vt delinquentes ad Eccleſiam,locaq;prædicta confugiẽtes inuiti inde extrahi non poſſint abſq;ſacrilegii reatu, & immunitatis Eccleſiarũ violatione, vt habetur in c.ſicut anti quitus c.reum c.frater,c.miror,c.quiſquis,& c.ſi quis.17. q.4.& in c.inter alia,& c.fin.de immun.Eccl.in l.pręſenti & tot.tit.C.de iis,qui ad Eccleſ.confug.& in l.2.eiuſdem tit.Sanciuit Honorius Imperator,nemini licere ad ſacroſanctas Eccleſias confugientes abducere, & ſi quiſquam contra dictam legem venire tentauerit; læſæ Maieſtatis criminis reum eſſe voluit, & Sanctiſs.D.N.Gregorius de cimusquartus Pont.Max.ſupraſcriptam promulgauit Bul lam,in qua pœnas omnes a Canonibus, & ſacris oecume nicis Conciliis inflictas in ſuo robore reduxit, de cuius Bullæ interpretatione, et obſeruantia, cum ſæpè tractari contingat, non inutile reputaui, hæc pauca adnotare, quæ a Doctoribus ſcripta inueni.

Et in primis quærendum erit,quo iure,Diuino ſcilicet, vel humano fuerit immunitas hæc noſtra Eccleſiis, & locis ſacris conceſſa.

3 Sed quia Doctiſſimus Decian.in tract.crim.lib.6. c.25. num.2.& ſeq.par. 2. adeo eruditè, & copioſè hanc quæſtionem explicauit,vt locus aliquid addendi non remanſerit. Concludendum igitur erit cum ipſo Decia. quod, aut conſideramus ius Diuinum propriè,quod in Decalogo continetur,& hoc iure talis immunitas non eſt expreſ sè conceſſa. Aut vero conſideramus ius Diuinum, vt ius veteris Teſtamenti à Moyſe in legalibus, & cerimonialibus præceptis datum populo Iſraelitico, & eo iure vtiq; inuenta fuit,& conceſſa hæc immunitas;cum Ioſue c.20. legatur. Quod conſtitute erant iuſſu Ioſue ſex Ciuitates, ad quas

ad quas homicidæ inuoluntarii fugientes tuti erant; & tametſi illæ eſſent Ciuitates, non Eccleſiæ, tamen multo magis idem videtur dicendum de Eccleſiis.

Et ſatis probatur mentem Dei fuiſſe, vt homicidæ inuoluntarii locum aliquem haberent, in quo confugientes tuti forent. Et Altare tutum quoq; reddebat, qui ad illud confugiebat, vt probatur ex verbis Exodi c. 22. Si quis per induſtriam occiderit proximum ſuum, & per inſidias ab Altari meo euellas eum, vt moriatur, quod habemus regiſtratum in c. 1. de homicid. At cum leges omnes illæ, & cerimoniæ veteris Teſtamenti aduentu Chriſti ſublatæ fuerint, c. translato, de Conſtitut. vbi omnes, & docet D. Thom. 1. 2. q. 97. Ideo iure illo veteris Teſtamenti immunitas conceſſa fuit abrogata.

Et cũ certum ſit, quod in lege Euangelica non reperiatur inducta, vel conſtituta, cũ nullibi in Euangeliis, nec in ſcripturis noui Teſtamenti de ea reperiatur facta mentio; Reſtat itaq; vt iure poſitiuo hodie cenſeatur inducta; ſicuti videmus per Gregorianam iſtam, per quam renouatur immunitas, & ſub certa reducitur forma in poſterum perpetuo obſeruanda.

4 Et propterea quicquid ſanciuerint leges Imperiales circa immunitatis Eccleſiarum præiudicium, attendendum non erit, vt dicunt omnes in c. ſolitæ. de maior. & obed. & in c. 1. & in c. cum. de Conſtitut.

Et quotieſcũq; in hoc immunitatis particulari, ius ciuile a Canonibus diſcreparet, non ciuile, ſed Canonicum ius ſeruari debet etiam in foro ciuili, & laicali; ita in ſpecie tenet Fulgoſ. in l. præſenti, C. de iis, qui ad Eccleſ. confug. & Io. Fab. in §. ſed hoc tempore, Inſtitut. de his qui ſunt ſui, vel alie. iur. & comprobat Alex. conſ. 145. col. 3. verſ. & quod in hac materia. lib. 2. Bar. in l. 1. in lect. col. 1. &

in re-

Digitized by Google

in repet.col.vlt.vbi Salicet. & cęteri, C. de ſacro.Eccleſ. Anch.conſ.25.& in puncto Decia.conſ.80.nu.28.lib. 3.

5 Ideo nulli prorſus laico etiam ſi Imperator,vel Rex licet cõfugientẽ ad Eccleſiam inde extrahere,c. miror.17. q.4. qui tex.eſt deſumptus ex epiſtolis D. Auguſtini ad Bonifacium Regem,ſeu, vt alii dicunt,Comitem, ex qua epiſtola,& ſequenti,quę eſt eiuſdem Bonifacii,peccatum ſuum agnoſcentis,colligitur, quod ea de cauſa,ille Bonifacius fuit excommunicatus, & non fuit abſolutus, niſi prius hominem reſtituerit Eccleſię. Quam D. Auguſtini Epiſtolam legimus regiſtratam d.c.miror.17.q.4.& eam refert Illuſtriſs. Card. Baronius in Pareneſi ad Rempub. Venetam fol. 35. Cui Bonifacius in hæc verba reſpondit Humilis ſaluto,quod primum eſt, ſuſcepi autem tremens Sanctitatis tuæ, verba verberibus plena; ſcio quod venia præparatur,qui ab Auguſtino perfectiſsimo Sacerdote, corripitur; nec debet Epiſcopo denegari, quod voluntas facit, aut caſus, Ipſe enim ſibi denegat curam, qui ſuam Medico non publicat cauſam: Hominem ergo pijſſime Pater,è liminibus Eccleſiæ raptum,tuis ſanctis aſpectibus iuſsio mea,furorq. ſubduxit,aliena non ſunt facta iſta,cõſilio Dei, & Sanctorum eius regimine viuo, illum itaque virum morte digniſsimum,quem, vt dixi, meus de Eccleſiæ foribus furor abſtraxit, vitæ tuis iuſſionibus donamus illæſum: agnoſce culpas; indignæ meę lachrymę iungantur tuis fletibus iuſtis; quo poſſit hæc nota nigro inſcripta titione deleri, Eccleſiæ mihi introitus non negetur; illic ſpero veniam, vbi admiſi culpam. Quæ omnia refert ampliſs. Card.Baronius in ſuis Annal.tom.5. anna.422. in fin.& in Pareneſi ſupradicta ad Venetos.

6 Solus igitur Papa poteſt iubere, vt in omnibus caſibus confugiens ad Eccleſiam extrahatur,vt probat tex. ſecũdum

Digitized by Google

dum:vnum intellectum in c. vxor felicis.17.q.4. Quia Papa eſt ſupra ius.c.propoſuit,de conceſſ. præb. & expreſsè tenet Decia.c.27.nu.4.lib.6.

7 Necnon immunitas iſta Templis conceſſa non ſolum fuit ſeruata apud Hebræos, vti diximus, verũ etiam apud Græcos idem ſeruatum in templo Dianæ Epheſiæ, teſtis eſt nobis locupletiſs.Tull.3.in Verren.Et illud quod traditur de Oreſte memorandum,Qui cum matrem occidiſſet,& in poenam furiis agitandum datus,cum in templum Apollinis confugiſſet, non auſæ fuerunt in templo eum tangere,neq.templum ingredi.

Sic, & dum Pauſanius apud Athenienſes proditionis patriæ reus ab Ephoris,ideſt ſupremo Athenienſiũ Magiſtratu perſequeretur,in templum Palladis aufugiſſet, viq; inde fuiſſet extractus, in cauſa fuit, vt graui lue plecterentur Athenienſes;neq;id piaculum expiare poſſent, & à lue liberari,donec, poſtquam viuum Pauſaniã non poſſent templo reſtituere, duas ſaltem ſtatuas ipſum referentes in eodem templo ex Apollinis reſponſo ſtatuerent, vt dicit Tucid.lib.1.belli Pelopon.Conſtat, & Romanos diligenter has immunitates ſeruaſſe. Quinimo eos, qui ad ſtatuas Imperatoris confugiſſent, tutos ſemper fuiſſe, de quo habemus in l.1.§.1.ff.de off.Præfect.vrb.& in §. ſed hoc tempore,Inſtit.de his qui ſunt ſui,vel alie.iur. & toto tit. C.de iis,qui ad ſtat.confug.

8 Et quod plus eſt,immunitatem,de qua agimus,iure naturę ab ipſis beſtiis obſeruatam legimus, cum Ariſt. de natur.animal.lib. 9. referat in Parthenio monte obſeruatum fuiſse,vt quæcũq;ab alia,vel cane inſeſtata,ſi in templum Panos Dei aufugiſset, ibi tutam fuiſse, quod etiam Dianæ luco referunt obſeruatũ,& in Montibus Menaliis. Poſsent,& multa afferri exempla eorũ, qui ſeueriſſimè puniti

Digitized by Google

nitifuerũt ob violatam tẽplorũ immunitatẽ, quorũ multa cumulauit Io. Franc. Leon. in theſ. for. Eccl. c. 13. num. 35. cum pluribus ſeqq. & ante eum Decia. d. c. 25. n. 3. & ſeq.

9 Diſplicebit igitur iudicibus ſecularibus, qui Chriſti fidẽ profitentur, vt homines ad Dei Eccleſiam confugientes ſalui fiant? ad quorum amaritudinem amouendam tranſportare volui quod dixit D. Chriſoſtomus in 19. homil. tom. 2. dum Eutropium ſæuiſſimum Tirannum, depredatorem, & Chriſtianorum perſecutorem deffendit, qui ob manifeſtas eius rapinas ab Honorio, & Arcadio Imperatoribus ad vltimum ſupplicium damnatus ad Eccleſiam confugerat, e qua euelli conabantur dicti Imperatores, tanquam indignum Eccleſiaſticæ immunitatis ob eius ſcelera, quibus inquit Chriſoſtomus, Propter hoc

10 maximè tuendus eſt Eutropius, quod ſceleſtorum Princeps fuit; in his enim oportet glorificari Deum, quod permiſit eum in id neceſſitatis adduci, vt per ipſum, & virtus, quæ in eſt Eccleſiæ, & miſericordia noſceretur; virtus quidem, quod impugnatorem ſuum ſupplicem videt, miſericordia vero ex eo, quod protegit ſupplicem; iſta enim ſunt ornamenta altaris Eccleſiæ, iſta ſunt veræ Chriſtianæ pietatis inſignia. Sed nefas eſſe inquies, raptorem, atq; inuaſorem cunctorum altare Dei contingere. Nolo hoc dicas cariſſime, quoniam quiqem meretrix illa peccatrix pedes Chriſti contigit, & non ex hoc opprobrium contulit Chriſto, ſed ſigna virtutis eius elicuit. Neq; enim immunditia eius polluit eum, qui mundus erat; ſed puritas mundi purificauit immundam; recordamini illius nos eſſe ſeruos, qui pro his, a quibus ad crucem deductus eſt, dicebat, Pater ignoſce illis, quia neſciunt, quid faciunt. Et poſt idem inquit. Quid enim agendum eſt Chriſtianis, auellendus ne quiſpiam ab Eccleſia;

Digitized by Google

cleſia, ad quam paulo poſt omnibus accedendum eſt, offerendaq; dominica oratio, qua hac potiſſimum orabimus. Et dimitte nobis bebita noſtra, ſicut, & nos dimittimus debitoribus noſtris? Non ergo patiendum, vt is, qui in Eccleſia ſperauit, fruſtra ſperauerit. Hæc ſunt verba Chriſoſtomi, verè ex aureo ore prolata, atq; in corde iudicum figenda, vt meminerint, ſe Chriſtianos eſſe, & Eccleſiæ honorē, & reuerētiam ſibi antiquiſſimam omnium eſſe debere. Sciendum pariter erit, quod iſte Eutropius Conſul fuerat, quo Conſule facta fuit. l. ſancimus, C. de pæn. ipſeq; legem tulerat, vt nullus in Eccleſia tutus foret & tandem Dei permiſſu ſub dictis Imperatoribus inſecutus à ſatellitibus ad Eccleſiam confugit, ibiq; ſe tutum exclamabat, contra vero dicebatur, eum non debere gaudere immunitate Eccleſiæ; quam impugnauerat, & quod legem, quam ipſe tulerat, pati debebat, & Chriſoſtomus pietate motus eum defendit ſupra narratis verbis, prout eum refert Decian. d. conſ. 80. nu. 23. lib. 3. & melius d. c. 25. ſub num. 7.

11 Cumq; adeo excreuerit Scribentium audacia, qui, vt iuriſdictioni ſeculari fauerent, variis in locis atteſtati ſunt immunitatem à ſacris Canonibus Eccleſiis conceſſam, omnino in deſuetudinem abiiſſe, vt eſt videre apud Barber. in ſuo viat. iuris, rub. de violat. immun. c. 33. nu. 3. in fin. Foller. in pract. crim. in ver. notatos capiant de Perſona n. 6. in fin. Clar. in pract. §. fin. q. 30. verſ. ſcias autem.

12 Ad quorum temeritatem, & Miniſtrorum Curiæ ſecularis audaciam refrenandam Sanctiſs. D. N. ſupraſcriptam promolgauit Bullam, in qua dicit Summ. Pontif. quod laicis ad Eccleſias, locaq; ſacra, & religioſa confugientibus, ſi fuerint publici latrones, viarumq; graſſatores, qui itinera frequentata, vel publicas ſtratas obſident,

dent,ac viatores ex inſidiis aggrediuntur, aut depopulatores agrorum, quiuè homicidia, & mutilationes membrorum in ipſis Eccleſiis, earumuè cæmeteriis committere non verentur, aut qui proditoriè proximum ſuum occiderint,aut Aſſaſſini, vel hæreſis, aut læſæ Maieſtatis in perſonam ipſiuſmet Principis rei, immunitas Eccleſiaſtica non ſuffragetur.

13 Quo fit,quod poſtquam in hac conſtitutione excipiuntur dicti caſus, in reliquis cenſetur facta omnium incluſio, per regulam.Quod exceptio firmat contrarium in caſibus non exceptis.l.nam quod liquidè, §. fin. ff. de pec. leg.l. quotieſcumq;§.denique, vbi Bar. ff. de fund. inſtr. §.eſt autem lex.Authen de non alien.aut permut. c. domus.32.q.7.gloſſ.in l.in his.ff.de leg.3.Doct.in rub.de reg.iur.in 6.Dec.in l.1.num.17.ibiq; apoſt. ff. eo. idem Dec.conſ.148.num.5.& conſ.520.num.9.Panor. in c. 2. nu.2.de coniug.lepro.Felin.latiſs.in c.quoniam frequenter.in princ.vt lit.non conteſt.

14 Et ideo, Conſtitutionem hanc non eſſe extendendam ad alios caſus vltra expreſſos,etiam ſimiles in puncto comprobat Farinac.conſ.76.num.13.cui aſſentit Falcon. in ſua informatione inſerta poſt dictum conſ.Farinac. num. 16. ea fulti ratione, quia Pont. Max. dum excipit caſus prædictos, apponit dictionem taxatiuam (tantum) cuius natura eſt impedire extenſionem, iuribus per eos adductis.

Ac etiam, quia in Conſtitutione noſtra exceptio fit per modum formæ,vt patere affirmant,ibi (ad vnam tantum formam reducimus,)ergo illi nil addi,aut minui poteſt,ſed ad vnguem debet obſeruari,& citant Pariſ. & Roland.quibus addo tex.in l.1. §. opus nouum, ff. de nou. oper.nunc.& Bal. in l.quoties circa princip.C.de ſuis, & legiti.

legiti. Et quod plus eſt, dicit Farinac. ibidem, quod in Conſtitutione hac adeſt clauſula (Sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate), quæ clauſula omnem prorſus extraneam interpretationem, & extenſionem excludit, per tradita à Dec.conſ.50.nu.2.Aym. conſ. 201. num. 43. & Pute.deciſ.50.nu.5.lib.1.& vltra prædictos hoc idem expreſſè tenet Io.Franc.Leon.in d.theſ.for.Eccl.c.13.ſub n.27.

De publicis latronibus, qui immunitate Eccleſiaſtica non fruuntur. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Publici latrones non gaudent immunitate Eccleſiarum.*
2 *Qui palam furatur dicitur famoſus, ſecus ſi clam.*
3 *Differentia inter furem, & latronem.*
4 *Vt latro immunitate Eccleſiæ priuetur, requiritur quod ſit publicus.*
Et qui dicantur publici latrones.
5 *Ad conſtituendum publicum latronem, vt amittat immunitatem iſtam, quæ requirantur.*
6 *Cep.in Authen.ſed nouo, iure, C.de ſer.fugit.damnatur, qui voluit ad conſtituendum latronem requiri, quod graſſatio fieret cum interemptione hominis.*
Et quod necatio non ſit neceſſaria latiſſimè comprobatur.
7 *Quod quis ſit publicus latro non eſt quid facti, ſed iuris.*

CVM autem delinquentes exceptuati a Sanctiſſimo in Conſtitutione iſte, immunitate Eccleſiaſtica frui non debeant, & inter exceptos pu-

blici latrones primum tenent locum, quod concordat cum c.inter alia, de immun. eccleſ. & cum c. ſicut antiquitus 17.q.4.& ſentit Alphonſ. Villagut. de extenſ.leg. tit.de extenſ.immunit. eccleſ.q.vnic.concl.1. nu. 45.

2 Videndum igitur erit,qui dicantur publici latrones, & gloſ.in l.capitalium §.famoſos,in ver.furca;voluit, quod qui palam furatur,dicatur famoſus,ſecus ſi clam.

3 Verum cum magna ſit differentia inter latronem,& furem, cum fures propriè ſint illi, qui occultè, & ſine armis furantur, latrones vero, qui violenter aggrediuntur,& deprædantur, & homines publicè ſpoliant,vt habetur in Authen.vt nulli iud.§.pen. Propterea latrones ſunt nequiores furibus; ideo Pont. Max. ſanciuit, quod latrones non fruantur immunitate Eccleſiaſtica,ſed eum non ſufficere, ſtatuit Bulla eſſe latronem, ſed vlterius requirit, quod ſit publicus; & publicus latro appellandus erit,qui in locis publicis,ideſt vijs publicis, & itineribus deprædatur. Ideo publicus latro dicitur tum reſpectu loci publici, in quo deprædatur, tum reſpectu frequentiæ, propter quam iam omnibus, vt publicè notus, ac pro latrone habendus eſt,ita Decian.tract.crim.lib.6.c.28. ſub nu.2. par.2. vbi non putat publicum latronem eum dici, qui palam,& vulgo graſſatur, & deprædatur, quia immo latrones non palam,& publicè,ſed ſecreto,& per inſidias prædantur,ideo a latendo dicti.

4 Hinc ad conſtituendum publicum latronem, vt amittat beneficium immunitatis Eccleſiaſticæ, oportet quod hæc tria concurrant, ſcilicet, quod ſit ſolitus, ſecundo, quod cum ferro aggrediatur, tertio, quod in viis publicis, alias; ſicuti non poteſt de iure communi furca ſuſpendi,vt conſultus reſpondit Fulgo.conſ.157.per tot.ita non priuatur hac immunitate;Panor.& alij in d. c.inter alia,

quos

Digitized by Google

quos ſequitur Io.de Viſch.de immun. eccleſ.n.19.& 20. relati per Decian.d.lib.6.c. 28.num.2.

5 Rurſus,vlterius requiritur,vt quis dicatur publicus latro, quod fama publica laboret contra eum, ſecundum Bar.opinionem in d.§.famoſos, & in terminis ſequitur Alex.conſil. 110.nu.6.lib. 4. & comprobat latè Iaſ.in.§.ex maleficiis.n.5.& ſeq.Inſtit.de actio.& etiam Put.de ſynd. in ver.latro.c.2. quibus citatis, hoc idem firmat Decian. lib.9.tit.29.n.14.& Farin.tit.de carcer & carcera.q. 28. ſub n.5. par.1.2.tom.& voluit Corn.conſ.44. n.8. lib. 4.

6 Quinimo Cep.in Authen.ſed nouo iure n. 106. C. de ſer.fugit.vt publicus latro, ac viarum graſſator quis exiſtimetur, voluit, vt vltra actuum frequentiam graſſatio fiat cum interemptione hominis,per tex. d. l. capitalium, §. famoſos,ff.de pęn cuius verba ſunt iſta.Famoſos latrones in his locis, vbi graſſati ſunt, furca figendos quampluribus placuit, vt conſpectu terreantur alii ab eiſdem facinoribus, & ſolatio ſint cognatis, & affinibus interemptorum, eodem loco poena reddita, qua latrones homicidia feciſſent.Ex quibus verbis (interemptorũ) &(homicidia) mouetur Cep.vt quis publicus latro dicatur, non ſufficere, quod graſſator conſuetus ſit graſſari, verum etiam, quod hoc fecerit cum hominis interfectione, & dictũ tex. intelligendum eſſe mãdat Decian.d.lib.9.c.29. nu. 37. de latronibus illis, qui non modo deprædantur, & expoliant,ſed etiam occidunt,alias, ſi tantum prędentur,tenet non eſſe furca ſuſpendendos; quia tex. ibi aſſignat hanc rationẽ,vt pęna ſit ſolatio cognatis,& affinibus interẽpto rum; ergo præſupponit homicidia, & hoc quoq; videtur ſenſiſſe,Iaſ.in l. cum ſeruus n.5.in fin.ff.de cõd. cauſ.dat.

Sed Panor. in d.c. inter alia.n.5.de immun. eccleſ.cõ trariæ fuit opinionis, ſcilicet, quod publicus latro ex eo

B 2 ſolo

Digitized by Google

ſolo dicatur, quod publicè, & palam furetur, vel qui publicè ſtat in ſtratis, vt homines tranſeũtes diſrobet, abſq; quod occidat: huius pariter ſententiæ fuit Oldr. cõſ. 154. nu. 2. Bar. quoq; in d. l. capitalium, §. famoſos num. 1. & 2. ff. de poen. & Bal. in Authen. antedicta, ſed nouo iure, n. 3. C. de ſer. fugit. & Georg. in ſintagma. iur. vniuer. lib. 37. c. 6. nu. 9. dicebat, quod non dubitaret aſſerere, publicos eſſe iudicandos latrones, obſidentes via, & ſi non iugulent homines, ſed expoliant tantũ, & deprędantur, quia, & ij furca ſuſpenduntur, quos omnes retulit, & ſequitur Peguer. deciſ. crim. 40. nu. 6. Quod etiam de mente Sanctiſs. fuiſſe videtur in Cõſtitutione iſta, dum excipit publicos latrones, viarumq; graſſatores; qui itinera frequentata, vel publicas ſtratas obſident, ac viatores ex inſidijs aggrediuntur, ſicq; Sanctiſs. non conſiderat interemptionem. Quapropter licet iſti graſſentur abſq; necatione, non ſunt digni Eccleſiaſtica immunitate.

7 Aduertendũ tamen erit, quod an aliquis ſit publicus, & famoſus latro, non eſt facti, ſed iuris, quia ius ita illum diffinit. hinc ſi reus fateatur multa latrocinia feciſſe, & deprædatum fuiſſe plura, is fatetur quidem factum, ſed non ob id fatetur ius, ſcilicet, quod ſit famoſus, & publicus latro, & è contra, ſi fateatur ſe eſſe publicũ latronẽ, & tamen conſtet de vnica deprædatione, non erit per hoc publicus latro, vt furca ſuſpendatur, ita pulchrè Ang. cõſiderat in conſ. 403. vbi monet iudices, vt ex confeſſione, quod quis ſit publicus latro, nemin ẽ damnent ad furcas, niſi conſtet, quod ſæpius deprædatus ſit, & Ang. ſecutus fuit Put. de ſynd. in verb. latro. nu. 2. verſ. an ſi fiat inquiſitio, & præfatos amplectitur Decian. d. lib. 9. de latro, & pirat. nu. 12.

De

Digitized by Google

De Graſſatoribus viarum indignis Eccleſiaſtica immunitate. Cap. III.

S V M M A R I V M.

1 *Graſſatores viarum proximi latrones, & de eorum poenis.*
2 *Graſſatores viarum qui ſint, & vnde dicti.*
3 *Vt graſſatores capite puniantur, requiritur, quod ſæpè graſſati ſint.*
4 *Hoc idem requiritur, vt efficiatur indignus Eccleſiaſtica immunitate.*
5 *Qui ſemel, aut bis in via priuata ſpoliaſſet, nõ erit graſſator, vt immunitate priuetur, & redditur ratio, licet iudices ſeculares vigore ſtatutorum capite punient, qui ſemel graſſati ſunt, non per hoc derogatur immunitati Eccleſiarum.*
8 *Quare latrones capite puniantur, cum eorum intentio principalis ſit deprædari, & non occidere.*
Differentia inter latrones, & graſſatores.

1 GRaſſatores viarum, & hi proximi latronibus ſunt, & ipſi, ſi cum ferro aggredi, & ſpoliare inſtituerint, capite puniuntur, ſi ſæpius, atq; in itineribus hoc admiſerint, cæteri vero in metallum damnantur, vel in inſulas relegantur, vt habetur in d. l. capitalium, §. graſſatores, ff. de poen. Quibus ſecundo loco Summ. Pont. denegat immunitatem Eccleſiaſticam.
2 Sunt enim graſſatores, qui vias obſident, vt ſpolient, & renitentes occidant, & hoc nomen deriuatur à verbo, (gradior, graderis,) quaſi quod cum impetu gradiantur; vt ex Nonio aduertit Decia. vbi ſupra nu. 7. Et Accurſ. in ſæpè citata l. capitalium, §. graſſatores, ver. graſſato-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

res, interpretatur, & exponit (graſſatores) ideſt, ad malum nitentes, vnde graſſor, ideſt, nitor ad malum, & propriè graſſatorem appellamus, qui viarum in Vrbe, vicorumq; obſeſſor eſt, qui obuios iniuriæ oportunos ſpoliat, aut pulſans, aut intentata morte territans; & ideo graſſari eſt ſupra modum ſeruire, ſecundum Nonium. Feſtus vero inquit, graſſari dicuntur latrones via obſidentes, gradi ſiquidem ambulare eſt, vnde tractum graſſari ab impetu gradiendi.

3 Verum quia Caliſtratus auctor d.l.capitalium in §.graſſatores, requirit, vt hi ſceleſti capite puniantur, quod ſæpius, atq; in itineribus hoc admiſerint. Ex quibus colligitur differentia inter eos, qui non ſæpius itinera frequentata, & qui ſæpius dicta itinera, & vias obſident, vt hi capite puniantur, illi vero in metallum damnentur, vel in inſulas relegentur, & quodammodo ex poenarum impoſitarum differentia innuere videtur, quod qui ſemel in itinere publico graſſatur, nõ ſit pro publico latrone habendus, ſed tantum, qui ſæpius hoc crimen commiſerit.

4 Hinc ſumpta occaſione Peguer. d.dec.40. poſt ſerioſã diſputationem concludit, quod vt graſſator viarum efficiatur indignus Eccleſiaſtica immunitate, opus eſt, quod ſæpè, ac ſæpius huius ſceleris effectus fuerit reus, ad quem confugiendum erit, cum caſus occurreret; nã perbellè tractat materiã iſtam, & ante eum Ang.d. conſ. 403 in prin. hoc tenuit. Et quod requiratur frequentia, & conſuetudo deprædandi voluit Fulgo. conſ. 157.n.3.& hoc velle totã cateruam Canoniſtarum affirmat Igne. in l. 3.§.ſubuertitur num. 107. ff. ad Syllan. qui de communi teſtatur.

5 Et Decian. lib.6.c.28. ſub nu. 2. affirmat, quod ſi quis ſemel, vel bis aliquem in via priuata ſpoliaſſet, non putat ſub nomine latronis publici comprehendi, ad effectum,

vt

vt priuetur iſta immunitate. Quia priuatio huiuſce immunitatis fuit introducta ob atrocitatem criminis, quo multis nocere poteſt, cum vias frequentatas obſident, hocq; videtur innuere Oldr. in d. conſ. 154.

Quod ſi obſederint vias nõ frequentatas, nõ ita atrox videretur delictum, cum in culpa ſit, qui per inſuetas vias vadit, argumento l. qui fiſcales, vbi Bar. C. de nauicular. lib. 11. & in l. cum proponas, vbi omnes, C. de naut. feno. Et quod requiratur vias, quas obſident, eſſe frequentatas facit tex. l. 1. C. quando lic. vni. ſin. iud. ſibi ius dicer. ibi (aut itinera frequentata inſidijs aggreſſionis obſederit) & apertè habetur in Conſtitutione noſtra dum Pont. max. declarando, qui ſint graſſatores, dicit, qui itinera frequentata, vel publicas ſtratas.

6 Nec releuat quod, & qui ſemel graſſatus fuerit, ſoleat à iudicibus ſecularibus noſtri temporis vltimo damnari ſupplicio ob ſtatuta, quæ communiter vigent, & cum eis proceditur, ac ſi eſſent publici latrones. Quia quod attinet ad immunitatem Eccleſiaſticam ius commune ſeruandum eſt; & ſtatutum, ſeu conſuetudo, quod qui ſemel graſſatus fuerit, vt publicus latro ſuſpendatur, non poteſt tollere priuilegia, & libertatem Eccleſiæ de iure Canonico conceſſam, ex quo conſuetudo iſta à laicis fuit introducta per ea, quæ habentur in c. Eccleſia S. Mariæ, & ibi Doct. de Conſtit. & firmat Pèguer. d. deciſ. 40.

7 Nec mirum videatur, quod cum intentio latronum; & graſſantium nõ ſit cauſa principalis, vt occidant, ſed tantum, vt deprædentur res, & bona; nihilominus tanquam homicidæ puniuntur, cum homicidium nõ verſetur principaliter in eorum cogitatione, nam ſi nõ reſiſtatur, ſpoliant, parcunt vitæ, & ſi in pauperes incidunt illis ſunt innocui, Reſponderi poteſt de mente Dec. in d. c de latro, &

 pirat.

Digitized by Google

pirat. n. 18. Quod licet principaliter in intentione latronũ ſit deprædatio; quæquidẽ de per ſe grauiſſimum eſt ſcelus; attamen, & hoc etiam præcipuè intendunt mortẽ inferre recuſanti bona relinquere, vel ei, à quo ſe cognitos, & propalandos exiſtimant, & ob frequentiam iſtorum deperditorum S. Pontifices ſtatuerunt, ne tuti reddantur Eccleſiaſtica immunitate, ex quo hoc genus hominum eſt valde infeſtũ omnibus; cum, & fortunæ, & vitæ inſidiẽtur.

8 Differũt autem latrones à graſſatoribus; nam graſſator eſt, qui viatores in vrbe obſidet, latro qui foris, & hanc differentiam colligit Decian. d. lib. 6. c. 28. ſub num. 2. ex d. l. capitalium, §. graſſatores, ff. de poen.

Siue ergo fuerint latrones vias extra vrbem obſidẽtes, ſiue graſſatores intra vrbem, ſub nomine latronum continentur, & immunitate iſta priuatos eſſe in eodem loco cõprobat Decian. & colligitur ex verbis Bullæ dum Pont. declarat, qui ſint viarum graſſatores.

De depopulatoribus agrorum. Cap. IV.

SVMMARIVM.

1 *Depopulatores agrorum non gaudent immunitate Eccleſiarum, quod etiam a Canonibus erat introductum, in quibus additum erat (nocturni.)*

2 *Maius delictum nocturnum diurno, vnde fures nocturnos occidere licet, etiam ſi telo non ſe defendant, ſecus diurnos.*

3 *Panor. deſcriptio depopulatorum agrorum damnatur.*

4 *Depopulatores agrorum qui ſint, & vnde dicti demonſtratur.*

5 *Qua de cauſa hoc delinquentium genus excipiatur ab immunitate Eccleſiarum.*

Tertio

1 TErtio excipiuntur ab immunitate Eccleſiæ depopulatores agrorum, de quibus etiam habetur in d c. inter alia. de immunit. Eccleſię vbi additum erat (nocturni). Quod factum erat ad differentiam diurni, cum maius ſit delictum nocturnum,
2 quam diurnum, † lucente itaq; ſole, facilius quis tuetur ſua, quam nocte, & ideo furem nocturnum occidere licet, etiam ſi telo non ſe defendat, non diurnum. l. itaq; §. fin. ff. ad l. aquil. l. furem, ff. de ſicar.

3 Hos autem depopulatores agrorum, Panor. in d. c. inter alia. nu. 5. diſtinguit à furibus in hoc tantum, quod latrones publicè, & palam deprædantur, & occidunt, depopulatores verò agrorum occulte latent in ſegetibus, quam differentiam non eſſe recipiendam putarem, eo quia; quod latro publicè præderetur, repugnat ethymologię latronum, qui à latendo dicti ſunt, & repugnat pariter aliis, quæ diximus ſupra, vt conſiderat Decian. d. lib. 6. c. 28. nu. 3.

Vnde errauit Panor. in d. c. inter alia. nu. 5. dum aſſeruit nocturnum agrorum depopulatorem dici, qui obſidet ſtratam publicam, diſrobando tranſeuntes, & ſegetes deſtruit, in eis ſe abſcondendo, iacendo, & lactitando, & propter homicidia, & rapinas, quæ faciunt in ſtratis, comburunt, & deſtruunt agros illorum, qui eis non ſeruiunt, quia vt mox referam, depopulator dicitur à populando, & non ab obſidendo.

4 Dicuntur igitur depopulatores agrorum, qui ſegetes in agris deprædantur, & fructus, & vineas vaſtant, vt not. in l. 1. C. quando lic. vnic. ſin. iud. Verbum enim (populo,) ſeu (populor) ſignificat deprædari, & diripere, & præſertim agros, & quod populator agrorum dicatur, qui ad agros alienos diripiendos deſtructor accedit, compro-
bat

bat Oldr. d.conſ.154.nu.2. per d.tex l.1. C.quando lic. vnic. fin. iud.ſequitur Villagut. de extenſ. leg. tit.de extenſ.immunit.Eccleſ.nu.45.

5 Ratio nempe, quare hoc delinquentium genus ſit exceptum ab Eccleſiæ immunitate affertur per gloſſ. vlt. in fin. c. fin. de immunit.Eccleſ.ab omnibus ibi approbatam,& in d.c.inter alia. Quia iſti pluribus per inſidias exitium excogitant,& habemus tex.in c.eſt iniuſta, 23.q.4. Ac etiam quia publicam magis perturbant quietē l. 2. C. quando lic.vnic.ſin.iud.& ex propoſito inſidiantur,vt dicit Ioan. And. quem cæteri ſequuntur in d.c.inter alia.

Et ob id cum diurnus, ſicuti nocturnus ex propoſito poſſet delinquere,hinc Summ.Pont.hanc nocturni qualitatem adimit.Qua propter ſtante Conſtitutione iſta, tam diurni, quam nocturni depopulatores agrorum ſunt priuati hoc beneficio immunitatis Eccleſiaſticæ.

De delinquente in Eccleſia, ſi gaudeat illius immunitate. Cap. V.

SVMMARIVM.

1 *Delinquentes in Eccleſiis,vel coemeteriis de iure non fruuntur immunitate Eccleſiarum, quod Sanctiſſimus reſtrinxit ad homicidia, & membrorum mutilationes.*

2 *Ratio priuationis huiuſce immunitatis in delinquentibus in Eccleſia.*

3 *Qui in vna Eccleſia deliquit, priuatur immunitate omnium, cum vna ſit per totum orbem vniuerſalis Eccleſia.*

4 *Si quis prope Eccleſiam occiderit, vel mutilauerit membra, quo facto,ſtatim in Eccleſiam confugiat, an ſit tutus in ea latè enucleatur.*

5 Con-

5 *Confugiens ad Eccleſiam cum armis poſt delictum perpetratum an ſit tutus.*

6 *Sacrilegus eſt tutus in Eccleſia vigore Conſtitutionis noſtræ.*

7 *Exiſtens in Eccleſia ſi exiſtentem extra occiderit, non erit tutus in ea.*

8 *Sic pariter exiſtens extra Eccleſiam occidendo in Eccleſia non eſt tutus.*

9 *Exiſtens in Eccleſia ſi mandat extra eam homicidium committi, non priuatur eius immunitate.*

10 *Qui ſemel in Eccleſia deliquit nunquid pro alijs delictis poſſit extrahi.*

1 DELINQVENTES in ipſis Eccleſiis, vel cæmeteriis excipiuntur, vt non fruantur hac immunitate, vt probat tex. in §. quia vero ita conperiuntur. Auth. vt nō lic. mat. & aui. & in c. fin. ibique Panor. & cæteri de immunit. Eccleſ. & in c. ad Epiſcopos 17. q. 4. & per iſta iura hoc expreſsè firmarūt. Cyn. in l. præſenti. C. de ijs, qui ad Eccleſ. confug. Oldr. d. conſ. 154. Salic. in Authen. ſi quis ei. C. de adult. & cæteri, quos in vnum congeſſit Farin. de carceribus, & carcerat. q 28. nu. 52. quibus add. Villagut. de extenſ. leg. tit. de extenſ. immunit. Eccleſ. num. 46. Et dictorum ſacrorum Canonum veſtigijs inhærendo, Pont. in hanc Conſtitutione ab immunitate excluſit, qui homicidia, & mutilationes membrorum in ipſis Eccleſiis, earumve cæmeteriis committere non verentur.

2 Et quamquam in Conſtitutione noſtra iſtius excluſionis ab immunitate non reddatur ratio, tamen optima aſſignatur in d. c. fin. & in c. ad Epiſcopos. Et eſt, quod in eo, in quo quis deliquit, puniri debet, neque gaudere debet immunitatis priuilegio, qui facit ſe indignum, neque

ab

Digitized by Google

ab Eccleſia tueri debet, qui Eccleſiam offendit;& fru-ſtra legis auxilium implorat, qui in legem committit.c.fru ſtra.de vſur.Accedat, quod ſi tales tuti eſſent in Eccleſia, præſtaret ipſa Eccleſia occaſionem delinquendi; nam omnes occiderent inimicos in Eccleſia, ſcientes ſe ibi tutos, aliàs non occiſuri, vt dicitur in d. c.fin.

3 Cumq; vna ſit per totum orbem vniuerſalis Eccleſia, c.loquitur 24. q. 1.& immunitas non vni Eccleſiæ, ſed vniuerſali conceſſa fuerit, ideo qui in vna Eccleſia deliquit, in alia tutos minimè erit; nam qui iniuriam facit vni Eccleſiæ particulari, omnes offendiſſe videtur, & propterea illius immunitate gaudere non debet, vt poſt antiquos comprobat Henrich. Boich. in c. Eccleſiæ, col. 3. de immunit. eccleſ. & Didac. var. reſolut. lib. 2. cap. 20. num. 15. & eſt communis, vt per Remig. de immunitate eccleſ. in 11. fallen. num. 2. quem refert, & ſequitur Clar. in pract. §. fin. q. 30. verſ. ſed quid ſi aliquis, & Io. de Viſch. de immunit. eccleſ. num. 64. verſ. etiam ſi delinquens. relatus à Decian. d. lib. 6. cap. 28. num. 28. & proſequitur Farinac. d. q. 28. nu. 59. Villagut. de extenſ. leg. tit. de immunit. eccleſ. num. 60.

4 Verum cum pro ratione adduxerimus, quod delinquẽtes in Eccleſia non ſunt in illa tuti, ne prȩberetur occaſio delinquendi, cum alias non eſſent facturi, niſi ſperaſſent auxilium immunitatis Eccleſiæ habere, ex qua dubitari poſſet, ſi aliquis prope Eccleſiam occiderit, vel membra mutilauerit, quo facto ſtatim in Eccleſiam confugit, nunquid iſte ſit tutus in ea? Et Anch. in d. c. fin. de immun. eccl. Henric. Boich. in c. Eccleſiæ col. 3. eo. tit. dixerunt non eſſe tutum, ſed poſſe ibi capi, quia delinquendo prope Eccleſiam videtur deliquiſſe ſub ſpe, & fiducia illius immunitatis, quo caſu ceſſat immunitas; com-

comprobat hanc opinionem latè Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 33. num. 2. & ſeq. Io. de Viſch. de immun. Eccleſ. num. 27. Gig. conciuis meus, & affinis, de crim. læſ. Maieſt. lib. 1. rub. qualit. & à quib. crim. læſ. Maieſt. commit. q. 10. num. 7. & 9. Didac. var. reſolut. lib. 2. c. 20. nu. 15. Io. Mar. Monticell. reg. 12. num. 25. verſ. limita nono. Iodoc. in pract. crim. c. 107. de violat. Templ. num. 8. Vulpell. conſ. 130. nu. 7. & ſeq. Menoch. de præſump. lib. 5. præſump. 10. num. 4. 5. 12. & 15. Farinac. citatis ſupradictis de carcer. & carcer. q. 28. num. 56. qui dicit de mente Alciat. & aliorum, quod eſt fundata optima ratione, ne ſcilicet domus Dei fiat ſpelunca latronum, & ne immunitas, quæ ad bonum finem fuit introducta ob reuerentiam Eccleſiarum, tribuat malum, & delinquendi incentiuum, contra tex. c. eſt iniuſta 24. q. 4. Non enim eſt dignus venia, abſolutione, ſeu indulgentia ille, qui ſub ſpe veniæ, indulgentiæ, vel abſolutionis peccat, c. quando, il primo. de conſecrat. diſt. 4. c. illud de Cler. excomm. miniſt. l. 1. §. hæc autem actio. ff. ſi quis teſta. lib. eſſe iuſſ. fuer. & affirmat. Farinac. d. loco, quod hæc eſt communis opinio. Contrarium tamen totis viribus deffendit Decian. d. lib. 6. c. 28. nu. 5. ante fin. verſ. ex quo infero. poſt Bellame. quem allegat in cõſ. 13. & fundamentis adductis per Alciat. reſpondit, & tantum conſentit, quod delinquens prope Eccleſiam non gaudeat illius immunitate, ſi ſtudioſè, & malis artibus induxerit ſuum inimicum prope Eccleſiam, et ibi illum occidit. Et certè rationes ponderatę ab Alciat. non multum vrgent, nam prima illa, quod delinquens in eo puniri debet, in quo deliquit, vt dicit tex. c. fin. de immunit. Eccleſ. non facit, Quia omnes Doct. dicunt, & intelligunt illa verba, quod puniri debent in eo, ſcilicet, loco,

in

Digitized by Google

in quo deliquit, ſed iſte deliquit extra Eccleſiam, ergo non in Eccleſia, & ideo in ea puniri non debet. Nec alia militat Alciat. ratio. Quod fruſtra legis auxilium implorat,qui contra eam nititur. Nam iſte non offendit legem immunitatis, ſed alias leges loquentes contra homicidas, & licet habuerit ſpem euadendi in Eccleſia, in hoc potuit decipi, quia plura poterant occurrere, per quæ impediretur perfugium ad Eccleſiam, quod non eſt in ijs, qui in Eccleſia, delinquunt, cum enim ſint in Eccleſia, ſpes eſt certa, quod in ea reperientur, & ideo eſt diuerſa ratio ſpei,de qua in d.c.vlt.ab iſta ſpe.

Præterea in d.c.fin.ratio ſpei immunitatis non eſt conſideranda pro cauſa finali deciſionis illius text. quia eſt appoſita in verbis narratiuis, ergo ab ea non eſt arguendum, vti conſiderat ipſemet Alciat. & hoc pacto hanc partem Decian.tuetur.

Nec ſubſiſtunt ea, quæ adducit Farinac.optima ratione id eſſe introductum, ne domus Dei fiat ſpelunca latronum. Quia conſideratio iſta bene procederet in delinquente in ipſa Eccleſia, & non in eo, qui extra deliquit, nam hoc modo omnes confugientes ad Eccleſiam facerent illam ſpeluncam latronum, & ideo immunitas Eccleſiis conceſſa totaliter deſtrueretur, & vti aduertit Decian. ſi quis inſidiosè, & malis artibus induceret inimicum propè Eccleſiam, & occideret, tunc non eſſet dignus Eccleſiæ tutela. Quibus dictis à Decian.addere poſſe putarem, quod Sanctiſſimus N. in Bulla tantummodo voluit, quod qui homicidia, & mutilationes membrorum in ipſis Eccleſiis, earum ve cæmeteriis committere non verentur, in illis non ſint tuti, vndè cæteri excluduntur à priuatione iſtius immunitatis, præcipuè cum vt diximus, non fiat extenſio in hac materia, per

clau-

clauſulam (ſublata,&c.) in Bulla appoſita, quæ omnem prorſus extraneam interpretationem, & extenſionem excludit, vt conſultus reſpondit Farinac.d.conſ.76.num. 14.qui ſcriptum reliquit, quod attinet ad locum delicti Conſtitutio excipit tantummodo homicidium commiſſum in Eccleſia, vel cæmeterio,ideo non eſt extendenda exceptio ad commiſſum extra Eccleſiam, licet prope eam per regulam, quod certo loco permiſſum, in alio prohibitum ceſſetur &è contrà.l.cum lex.ff.de ll.cum vulg.

Et cum opinione Decian. tenendum eſſe non dubitarem, niſi Farinac. dicto loco de carceribus, & carcerat. atteſtatus eſſet, quod de anno 1597. in vna Panormitana immunitatis Eccleſiæ Sanctiſſimus Clemens VIII. reſoluit, quod delinquentes prope Eccleſiam ſub ſpe immunitatis illius non eſſent tuti; ſic referentibus ampliſſimis Cardinalibus Plattà, & Burgheſio qui de anno præterito ad Petri Sedem fuit electus, maximo cum gaudio, & iubilo totius Orbis, ob eximiam B. S. vitæ ſanctitatem, doctrinam, & in rebus agendis experientiam & propterea ſuppliciter, & enixè eſt rogandus ab omnibus Deus, vt S.S.incolumem multos, & multos annos Eccleſ. ſuæ conſeruet. Quare ſtante reſolutione iſta, non eſſet amplius tractandum de hoc articulo, ſed reſolutioni factæ adhærendum.

5 Quærunt pariter Doctores, nunquid confugiens cum armis ad Eccleſiam poſt perpetratum delictum debeat frui immunit. noſtra? & reperio, quod Rebuff. in Conſt. Gall.tom.2.ſub tit.de immunit.Eccleſ.gloſ. 1. num. 28. voluit, quod armatus confugiens ad Eccleſiam non ſit tutus, quia non confidit in immunitate Eccleſiæ, ſed in armis tantum, & Rebuff. ſequitur Petr. à Plat. in epit. delict. lib.1. cap.8. in fin.num.28. & Couar. var. reſolut.

lib.

lib. 2. cap. 20.num.18.dicebat;quod iſte tutus non erat, Quia armorum vſus etiam de iure communi prohibitus eſt tam laicis, quam Clericis, & tam intra, quem extra Eccleſiam.l.1.C.vt armo.vſu.inſc.Princip. interd. ſit lib. 11. c. Clerici arma.de vit.& honeſt. Cler.latè Corn.conſil. 20. lib. 1.Soc.tract. reg.reg. 30.Cott. in memor. ver. armorum. Tiraq; de nobil. c. 20. num.66.ideo dum quis armatus poſt delictum in Eccleſiam ingreditur, dicitur in Eccleſiam committere delictum, & conſequenter non eſt tutus in ea.

Nihilominus non obſtantibus prædictis, confugiens armatus etiam poſt delictum in Eccleſiam, non eſt extrahendus. Quia Conſtitutio iſta non intendit priuare immunitate niſi delinquentes in Eccleſia in caſibus expreſſis; & dicta per Rebuff. parum facere poſſunt: nam, vt diximus, ratio ſpei immunitatis ſecundùm tex.d.cap. fin. operatur, quod non ſit tutus; vnde ſequitur, quod qui confidit in armis, & non in immunitate, tutus eſſe debeat, nec obſtat tex. l.ſi ſeruus.C.de iis,qui ad Eccleſ. confug.adductus à Rebuff.loquitur nempe in ſeruo, ideo ad liberos non eſt trahendus, præſertim in exorbitantibus contra immunitatem, & libertatem Eccleſiæ, ita Decian.d.lib.6.c.28.ſub num. 5.

Nec conſiderata à Couar.nos mutare debent. Quia delicta leuia in Eccleſia commiſſa non tollunt immunitatem; Panor. poſt Hoſtien.& Antiquiores in d. c. fin. de immun.Eccleſ. Henric. Boich.in c.Eccleſiæ,col.3. eo.tit. Aufrer. in addit. ad deciſ. Tholoſ.422. Caſtrenſ. conſil. 459. colum. 1.lib.2.Couar. ipſe var. reſolut.lib.2. c. 20. num. 15. verſ.25. Decian.d.lib.6.c.28.num.9. Silueſt.in ſum.in ver. Immunitas il 3. ſub num. 2. Et abſque dubio delatio armorum eſt delictum leue, per quod quis non debet

debet

debet excludi à beneficio immunitatis; Et forſitan procedere poſſet in delatione armorum vetitorum vigore Bullarum, & aliquarum particularium Conſtitutionum, vt eſſet delatio archibuſettorum, quo in caſu armorum delatio non eſt leue delictum, ſed graue ratione poenæ, vt aduertit. Farinac. de carcerib. & carcerat. q. 28. nu. 64. Quod ego non ita de facili admitterem vigore Bullæ noſtræ mandantis tantummodo excludi, qui homicidia, membrorumvè mutilationes in Eccleſia commiſerit, & propterea cum delatio armorum non ſit de exceptis, non credo, quod confugiens ad Eccleſiam, cum quo vis genere armorum poſſit extrahi.

6 Et ex prędictis reſoluitur quæſtio, nunquid ſacrilegus ſit tutus in Eccleſia? & licet ipſe in Eccleſia delinquere videatur, ex eius offenſione, tamen cum Conſtitutio tantummodo perpetrantes homicidia, & membrorum mutilationes conſideret, ſacrilegus erit tutus, quicquid dixerit Decian. d. c. 28. nu. 7. qui hanc Conſtitutionem non vidit, poſtquam adhuc non erat promulgata, quam ſi vidiſſet, abſque dubio, & ipſe hoc ipſum affirmaſſet; Nam tantum excepti ſunt extrahendi, & non cæteri, vti dictum fuit, licet Villagut. vbi ſupra, num. 59. contrarium defendere conetur, tamen cum, vt oſtendimus, vigore Bullæ noſtræ non fiat extenſio in materia iſta, ſacrilegi non erunt extrahendi.

7 Bene verum eſt, quod ſi aliquis exiſtens in Eccleſia cũ archibuſio, ſeu aliquo alio armorum genere exiſtentem extra Eccleſiam occiderit, cum delictum initium habuerit in Eccleſia, licet alibi conſumatum fuerit, non poterit hac immunitate ſe tueri, vt docuit Panor. in d. c. fin. num. 11. de immunit. Eccleſ. cuius dictum reaſſumpſit, & amplexatus fuit Io. Viſch. in d. tract. de immunit. Ec-

cleſ. num. 62. quorum opinio tenenda eſt, quia iam animo concepit occidere hominem exiſtens in Eccleſia, & cum in delictis animus inſpiciatur, iſte animo violauit Eccleſiam, ergo militant rationes illius text. ſi ſequatur effectus, vt poſt Cyn. Bart. & alios firmat Decian. d. lib. 6. cap. 28. nu. 6. Villagut. vbi proximè, nu. 62.

8 Sic etiam dicendum erit ſi quis exiſtens extra Eccleſiam occiderit aliquem exiſtentem in Eccleſia, vt pluribus comprobat Couar. var. reſolut. lib. 2. c. 20. num. 15. verſ. vigeſimo ſeptimo. Et noſtra Conſtitutio non reſiſtit. Quia in vtroque caſu delictum perpetratur in Eccleſia, In primo ob principium delicti, In ſecundo ob effectum, & executionem ipſius delicti, vti voluere Decia. d. lib. 6. c. 28. nu. 6. & 7. Farinac. de carcer. & carcerat. q. 28. nu. 61. & Villagut. d. tit. nu. 50.

9 Sed quid dicendum de eo, qui exiſtens in Eccleſia mādauit committi homicidium extra Eccleſiam? certè debet gaudere immunitate, quia ob mandatum committendi extra, videtur habuiſſe reuerentiam Eccleſiæ, Io. Viſch. de immun. Eccleſ. num. 63. & citatis multis Decian. vbi ſupra, num. 7.

10 Poſſet etiam dubitari, quod ille, qui ſemel deliquit in Eccleſia, vnde iure meritò illius immunitatem amiſſerit; ſi ante, vel poſt aliud commiſſerit delictum extra Eccleſiam, in illa non ſit tutus, ob iniuriam ſemel illatam Eccleſiæ, qua propter dignus eſt generali priuatione illius immunitatis, prout deciſum fuit in Capell. Tholoſ. d. deciſ. 422. & Caſſan. in Conſuetud. Burgund. rub. 1. §. 5. verſ. Archidiaconus, nu. 12. Clar. in pract. §. fin. q. 30. verſ. ſed quid ſi aliquis, in fi. In quo articulo mihi ſemper placuit diſtinctio adducta per Decian. d. lib. 6. c. 28. num. 10. vbi notabiliter dixit. Aut quærimus ſi committens delictum

ctum in Eccleſia, pro quo venit priuandus immunitate, ſit tutus in Eccleſia pro alijs antea commiſſis, pro quibus poterat vti immunitate, ſi iudex vellet confugientem punire tantum pro præteritis delictis, & non pro commiſſo in Eccleſia, & tunc eſſet tutus, vti ſentit Io. Viſch. de immunit. Eccleſ. nu. 64. ſecus verò ſi vellet punire pro commiſſo in Eccleſia, quia tunc poſſet punire etiã pro alijs, per ea, quæ tradidere Bart. & Ang. in l. 2. §. ſed & eximendi. ff. ne quis eum, & pulchrè Bald. conſ. 90. lib. 2. qui voluerunt, quod captus pro vno delicto legitimè poſſit carcerib. pro aliis commendari, & contra eum pro aliis inquiri, & ẽt puniri. Aut quærimus, an pro delictis non exceptis poſtea commiſſis poſſit extrahi qui primo in Eccleſia deliquerat. Et iterum diſtinguendum erit, Aut fuerat punitus pro delicto, quod in Eccleſia commiſerat, & hoc in caſu, quia pæna ſicut ſolutio, tollit omnem obligationem, ideo non poteſt extrahi pro aliis.

Aut vero non fuit punitus; & tunc poterit extrahi, ſaltẽ pro primo, quod commiſerat in Eccleſia, ſi iudex eſt competens, etiam pro illo, & ſi non eſt competens, non poterit, Nam & ſi priora delicta aggrauent quo ad poenam nõ tamen quo ad tribuendam iuriſdictionem, & hanc Dec. diſtinctionem ſatis æquam, & rationabilem eſſe affirmat Farinac. de carceribus, & carcera. q. 28. num. 60. à fin.

Proditores non gaudent beneficio immunitatis Eccleſiæ. Et qui dicantur proditores. Cap. VI.

SVMMARIVM.

1 *Proditorum deffinitio & ethymologia.*

2 *Proditorum ſpecies numerant.*

C 2 3 *Homi-*

3 *Homicidium proditorium quale.*
4 *Vt quis proditor dicatur oportet, quod fidem datam frangat, vel ſimulatione inſidietur.*
5 *Inimicus per inſidias occiſus, & ex feneſtra nõ dicitur proditorie occiſus, quia bene poterat futurã vindictam præuidere.*

DIcit quinto loco Conſtitutio noſtra, quod qui proditoriè proximum ſuum occiderit, non debet frui immunitate Eccleſiaſtica: Pro cuius
1 declaratione videndum erit, quis dicatur proditor.† Prodere enim dicitur, qui procul aliquid à ſe abiiciit; ideo proditor dicitur, qui fidem, quam præſtare debet, procul dat, ideſt, procul à ſe reiicit, & ideo proditor dicitur, qui fidem, & officium, quod fundamentum in fide habet, à ſe procul reiicit, qua propter quot modis quis à fide data expreſſe, vel tacite defficit, proditor appellari poteſt, vt per glo. in c. Clericus, qui adulationis, quod eſt tertium 46. diſt. vbi omnes notant.
2 Vt ergo clarius omnia percipiantur, tres erunt conſtituendæ proditionum ſpecies.

Quarum prima eſt in Deum; Secunda in Principem, Tertia in priuatos homines, de qua intendit Pontif. N. ſub hiſce verbis, Nam de illis in Deum, & in Patriam, & Principem inferius tractabitur, dum de hæreticis, & crimine læſæ Maieſtatis agetur, qui, & ipſi hac immunitate ſunt deſtituti.
3 Redeundo igitur ad rem noſtram, proditorium tunc dicitur homicidium, vbi nullus pręcedebat rancor, ſed potius ſimulabatur amicitia, quia videlicet, ſimul comedebant, vel ſimul erant in itinere, & ſic unum gerebatur in corde, aliud in uerbis, ita Bart. quem poſtea omnes ſecuti ſunt in l. recipiendum, §. delinquunt, ff. de pęn. &

Luc.

Luc. de Penn: in l. ſeruum, in fin. verſ. item nota mores proditoris. C. de delator. lib. 10. deſcribit proditorem eſſe illum; qui inſignia fidelitatis oſtendit, & eius ſermones ſunt moliti ſuper oleum, & ipſi ſunt iacula, allegat Prouerb. cap. 58.& Canoniſtæ communiter in c. 1. de homicid. aſſeruere, quod ſi aliquis iter faciens cum aliquo, tanquam ſocius, & amicus, & nulla rixæ cauſa intercedente illum occidit, vel offendit, proditoriè id fecise dicitur.Et Io.Andr.in c. 1.de feud. dicit proditorem eſse, qui ſine diffidatione occidit illum, qui de eo confidit.Felin.vero in d.c. 1. de homicid. affirmat proditorem dici, qui offendit ſocium itineris, vel ſedentem in menſa iuxta illud Matth. 26. qui intingit manum mecum in paropſide, hic me tradet, quod etiam conſultus reſpondit Alex.conſil.145.num.5.lib.7.Gerard.ſing. 14. nu.6. Collegium Aduocatorum Prouinciæ Marchiæ, conſil. 150.n.42.lib.1.crimin.diuerſ. Cæph.conſ. 57. num. 13. lib.1. vbi citatis multis,reſpondit, quod proditor ille dicitur, qui in actibus vnum oſtendit, & aliud in mente gerit, & ideo ſi quis recipiatur tanquam ſocius, & is nulla interueniente rixa, percuſsus fuerit dicitur id proditoriè factum,& hoc ſentit Afflict. deciſ. 265. num. 63. & ſeq.ibiq; Vrſill.n.70.Gomez.var.reſolut.tit.de homicid. c.3.n.5.& ab omnibus, qui poſt Bart. ſcripſere receptum eſse atteſtatur Igne.in repet.l.ſi certus,§.ſi vnus ex dominis,num.18.ff.ad Syllan.& nouiſſimè Gabr. Falcon. in quadam informatione inſerta inter conſil. crimin. Farin. poſt conſ.76. n.15. & Vulpell. conſ. 59. in prin. appellat proditorem eum, qui per ſimulationem amicitiæ nefarie prodit, & qui à tergo,vel dormientem offendit.

4 Ad hoc autem, vt quis proditor dicatur, oportet, vel quod fidem datam frangat,vt diximus, vel ſimulatione

Digitized by Google

inſidietur,ſimulans vnum facere,cum aliud habeat in corde.l.1.ff.de prçuaricat.l.athletas,§.pen.ff.de ijs, qui not. infam.l.omne delictum.§.exploratores.ff.de re milit.Bal. in c.1.in prin. quib.mod.feud.amitt.& in Authen. item nulla.C.de Epiſc.& Cler. Bart.in extra.qui ſint rebelles, in ver.rebellis,num.4.Aret.in §.interdum,nu.6.Inſtit.de hæred. quæ ab inteſt. deffer. Decian. omnino videndus, lib.7.cap.29.de proditoribus.num.24.par.2.

5 Vnde bene reſpondit Sanctiſſimo Papæ Clementi Farinac. d. conſ. 76. nu.7. Quod licet inimicus per inſidias occiderit ex feneſtra cum archibuſiis, non per hoc dicatur proditoriè commiſſum, quia inimicus bene poterat futuram vindictam præuidere, & ſibi præcauare, vti docet Bart.in d.leg.recipiendum.§.delinquũt. ff.de pœn.& proinde gaudere debet immunitate Eccleſiaſtica, & in eadem facti ſpecie reſpondit Falcon. vt eſt videre poſt dictum conſil.76. Farin. & non diſſentit Villagut.de extenſ.leg.tit.de extenſ. immun. Eccleſ. ſub num. 53 verſ. quartus modus.

Aſſaſſinos non gaudere hac immunitate, & quis dicatur Aſſaſſinus, & vndè dictus. Cap. VII.

SVMMARIVM.

1 *Aſſaſſini non gaudent immunitate Eccleſiaſtica, & ratio aſsignatur.*

2 *Aſſaſsini qui, & vndè dicti.*

3 *Secundum communem interpretationem Aſſaſſini dicuntur qui conducti homines occidunt.*

4 *Aſſaſsini nomen de iure communi non erat cognitum, & fieri mandans conductor dicebatur,faciens verò locatur.*

5 Et

5 *Et Aſſaſſini dicuntur tam conducentes operas ad occidendum et dantes pecuniam,et mandantes,quam ipſi,qui pecunia conducti occidunt, ideo vterque priuatus erit immunitate iſta.*

6 *Propriè qui dicantur Aſſaſſini.*

7 *Vt quis dicatur Aſſaſſinus, oportet, quod non ſimpliciter per pretium delinquat, ſed quod ſuſcipiat mandatum occidendi, pretio conuento.*

8 *Non dicitur Aſſaſſinus,qui ſpe, vel gratia adductus ſine promiſſione delinquit,vt alteri morem gerat.*

9 *Ad conſtituendum Aſsaſſinium requiritur, quod pecunia interueniat,aliaue res,& promiſſiones certæ, non vagæ, & iactatoriæ.*

10 *Qui propriam iniuriam vlciſcitur ſociis pecunia conductis, non committit Aſsaſſinium.*

11 *Vt quis tanquam Aſſaſſinus, priuetur im munitate noſtra requiritur mandatum ad occidendum,& non ſufficeret ad vulnerandum.*

12 *Ad conſtituendum Aſsaſtinium oportet,quod occiſus fuerit Chriſtianus.*

13 *Cui incumbat onus probandi occiſum fuiſse Chriſtianum, vt de aſsaſsinio quis teneatur.*

1 ASSASSINI pariter excipiuntur à Conſtitutione, vt non gaudeant immunitate Eccleſiaſtica, quod factum eſſe dicendum erit propter huius delicti immunitatem, & diritatem,cum plus ſit occidere hominem per Aſſaſſinium, quam ex propoſito,& deliberatè.

2 Videndum igitur erit,qui ſint Aſſaſſini, & Prob. Anch. Imo.Franc. & Gemin. in c. 1. de homicid. in 6.ſcriptum reliquerunt, quod Aſſaſſinus dicitur, qui pecunia alio,

Digitized by Google

vè pretio conducti, homines occidunt, percutiuntvè, nil tale ab eis præcauentes, mandato vel infidelium, vel Chriſtianorum.

Io.Andr.& Archid.ibi aliter ſentire videntur, & quod tex. ille loquatur de certis generibus hominum infidelium, qui Chriſtianos pretio conducti occidebant, idq; colligi apertè poſſe videtur ex verbis ipſius tex. dum dicit. Quod nonnulli Magnates, taliter perimi formidantes, coacti fuerint ſecuritatem ab eorundem Aſſaſſinorum Domino impetrare, ſicq; ab eo non abſq; Chriſtianæ dignitatis opprobrio redimere quodammodo vitam ſuam, Qua propter reſultat, quod Aſſaſſini ſub vno Domino viuunt, & ſunt infideles,& gloſ.in d.c.1.ver.formidantes, dicit qualitatem Aſſaſſinorum eſſe non timere mortem, & dicuntur eſſe de luezzo dalla Montagna, & additio ibi notat,quod Dominus Aſſaſſinorum eſt quidã Baro Saracenus, & Aſſaſſini ſunt ſui ſerui, ita nutriti, quod parendo mandato Domini ſui credunt ſaluari, & dicit Hoſtien.quod multi Chriſtiani Principes per tales mortui ſunt, & de iſtis Aſſaſſinis loquitur Volateran. lib.11.cap.de ſectis Syriæ.hoc idem ſentit Alberic.in diction.ver. Aſſaſſinus:Aret.conſil. 163.num.17.Nauar.in Manual. c. 27.ſub num. 135. & perbellè Couar. var. reſolut. lib. 2.c. 20.num.9.& ſeq.& Menoch. de arbitr. caſ. 360.nu.40. & 41.vbi adamuſſim recenſet,qui ſint Aſſaſſini, & vnde originem traxerint.

3 Tamen recepta eſt pro communi interpretatio illa Prob.& aliorum, vt Aſſaſſini dicantur, qui conducti homines occidunt, ita Bart.in l.non ſolum. §. ſi mandato, num.4.ff.de iniur.& in l.Cicero. ff.de pæn.Bald.& Salic. in l.non ideo minus,colum. pen.C.de accuſat. Ang. in l. qui ſepulcra.C.de ſepul.viol.Alex.conſil.166.nu.1.lib.7.

Marſ.

Marſ. in l. 1. num. 103. C. de rap. virg. & in pract. §. examinata, num. 21. & in §. diligenter, nu. 156. Menoch. d. caſ. 360. num. 42. dicens, ex communi ſignificatione intelligimus eum eſſe aſſaſſinum; qui pecunia accepta, vel promiſſa, aliquem occidit: Decian. d. lib. 6. c. 28. ſub num. 18. verſ. recepta tamen eſt communis interpretatio. Clar. in §. Aſſaſſinium, in primis verbis. Capic. deciſ. 155. n. 12. vbi affirmat, quod Aſſaſſini vocantur vulgo hi, qui accepta pecunia, vel promiſſa, homicidia committunt, & quod vulgi interpretatio eſt attendenda, Corn. conſ. 249. ſub nu. 2. lib. 1. reſpondit, quod Aſſaſſinus dicitur, quando quis pecuniam recipit, vel de ea recipienda conuenit, pro interficiendo aliquem, & Grammat. vot. 9. num. 1. & ſeq. aſſeruit, quod Aſſaſſinus dicitur; qui per pretium, ſeù aliquo ſibi dato, deliquit, & num. 2. ſubiunxit, quod per promiſſionem factam alicui, vt delictum committat, dicitur eſſe commiſſum crimen Aſſaſſinij, proſequitur Pariſ. conſil. 166. nu. 3. lib. 4. qui comprobat, verè illum aſſaſſinum dici, qui pretio conductus, vel pecunia, homicidium committit. Carrer. in pract. tit. de homic. §. circa igitur tertium, nu. 3. oſtendit, quod aſſaſſinus dicitur, qui pecunia mediante, mandat, occidi, & num. 2. nobis reliquit.

4 Quod nomen aſſaſſinii de iure communi non erat cognitum, ſed fieri mandans conductor dicebatur, faciens verò locator, vt in l. non ſolum. §. ſi mandato, ff. de iniur. vulgari verò ſermone ambo dicuntur aſſaſſini, & hoc iure Canonico inuentum. Et firmat Maſcard. de probat. concluſ. 38. nu. 1. parte prima, hoc idem videtur ſenſiſſe Baiard. ad Clar. §. aſsaſſinium, num. 5. & 6. Burſatt. conſ. 20. nu. 4. lib. 1. vbi de communi atteſtatur; & conſ. 192. num. 5. lib. 2. late Gabr. comm. opin. tit. de malefic. concluſ.

cluſ. 1. Hondad.conſil.93.num.65.& ſeq.lib. 2. Vulpell. conſ. 143. nu.5. Viui.com.opin. in ver. Aſſaſſini.

5 Et quod attinet ad rem noſtram, Aſſaſſini dicuntur, tam conducentes operas ad occidendum,& dantes pecuniam, & mandantes, quam ipſi, qui pecunia conducti occidunt, ideo vterq; priuatus erit tali immunitate, licet ſecundum veritatem, & mentem d. c. 1. de homicid. in 6.

6 Aſſaſſini propriè dicantur, qui à Principibus, & Magiſtratibus conducti, eorum mandato, modo hos, modo illos occidunt,ex communi tamen vſu loquendi, reſolutum eſt,quod aſſaſſini dicuntur,quicunque pretio conducti, etiam mandato priuati, hominem occidunt, & talis vſus attendendus, vt demonſtrat Decian. d. lib. 6.c.28. num. 18. in fin. Et certe ſi propria ſignificatio aſſaſſinorum attenderetur, in vanum Summ. Pont.aſſaſſinos priuaſſet immunitate Eccleſiaſtica, cum hi homines temporibus noſtris non ſint amplius in rerum natura,& propterea de aliis, qui pretio occidunt, vel occidi mandant eſt intelligenda Conſtitutio iſta.

7 Aduertendum tamen erit, quod ad hoc, vt quis dicatur aſſaſſinus,oportet,non ſimpliciter quod delinquat per pretium, quia etiam milites hoc modo eſſent aſſaſſini,ſed quod ſuſcipiat mandatum occidendi hominem pretio conuento, vt conſuluit Alcia.conſ. 11.nu.17.lib.1.

8 Addendum etiam erit,quod aſſaſſinus minime dicitur, qui ſpe,vel gratia adductus,ſine promiſſione deliquit, vt alteri morem gerat, quo in caſu conſuluit Aret. conſil. 163.num. 17. & comprobat Ant. Gabr. comm. opin.tit. de malefic. concluſ. 1. num. 34.& Viui.comm.opin.74. verſ. tertio, quod aſſaſſini, & tenet Maſcard. d. concluſ. 138. num.2. par. 1.

9 Et propterea dicebat Burſatt. d. conſ. 20.nu.4. lib. 1.

Quod

Digitized by Google

Quod ad conſtituendum aſſaſſinium requiritur quod interueniat pecunia, aliævè res, & promiſſiones certæ, & non vagæ, & iactatoriæ, ideo bene conſultus reſpondit Vulpell. d. conſ. 143. quod non committitur aſſaſſinium, ſi quis mandet his verbis. *Che non li mancarebbe mai a ſuoi biſogni*. Qui pariter dicit, quod nec accipiens pecuniam pro expenſis in hoſpitio faciẽdis, dicitur aſſaſſinus. Nec recipiens dono vnum par caligarum, & aſſentit Baiard. ad Clar. d. §. aſsaſſinium, n. 7. & 8. Et non eſt dicendus aſſaſſinus occidens ſub ſpe equi, quem exiſtimet forte, vt ſibi daretur à mandante, vt conſuluit Bald. conſil. 383. lib. 5. & approbat Alcia. d. conſ. 11. num. 14. lib. 1. & ſequitur Carrer. in pract. §. circa igitur tertium, de homicid. num. 5. Qui reſpondit Io. And. in cap. pen. de Cleric. non reſident. & Grammat. d. voto. 9. n. 3. vbi dixerunt, aſſaſſinij delictum dici patratum, ne dum pro pecunia, ſed etiam ſi quis delinquat, vt alteri complaceat. Quia prædicta procedere ſolum poſſent, quando eſſet delictum commiſſum ſub ſpe conſequendi præmium ex tali complacentia, vt quia ei complaceat, qui veriſimiliter eſſet ipſum remuneraturus, & Carrer. ſequitur Monticell. in pract. crim. reg. 8. n. 7. & vltra Carrer. dictis per Io. And. & Grammat. reſponderi quoq; poſſet de mente Hondad. d. conſ. 93. n. 68. lib. 2. Quod ſi hæc declaratio reciperetur, ſemper mandatum contineret aſſaſſinium, cum ſemper mandatarius, aut ob præmium, aut, vt complaceat mandanti, exequatur mandatum, quod tamen falſum eſt, quoniam non interueniente pecunia, aut alia re, ſeu certa promiſſione, non committitur aſſaſſinium, iuxta ſententiam communiter receptam, etiam ſi animo alteri complacendi commiſſum fuerit delictum, & ſolum opinio Io. Andr. procedere poſſet, ſi committens eſſet

ſubie-

ſubiectus dominio certi Domini, cui obediens committeret homicidium, ſecus ſi committatur à perſona libera, & nullo modo ſubiecta mandanti, vt optimè declarat Hiero.Gabr.conſ.170.n.15.& 16. lib.1. vbi affirmat quod generalis, & incerta promiſſio non facit aſſaſſinium, & num. 21. ſcribit, quod expenſæ non inducunt aſſaſſinium, ſed aliquid remanens, quod lucrum afferat, & eum ſequutus fuit Hipp. Riminald. conſ. 685. num. 22. lib.6.

10 Ex quibus inferri poteſt; quod aſsaſſinus non eſt is qui propriam iniuriam vlciſcitur, ſociis pecunia conductis, vt per Hiero.Gabr.d.conſ.170.num.13. lib.1. Et firmat Vulpell.d. conſ.143. nu. 10. quod ſi conſtet mandantem cum vulnerato inimicitiæ, & vindicandi cauſam habuiſſe, quatenus de conuentione pretii legitimè cum mandatario appareret, adhuc mandans de aſſaſſinio non teneretur. Et reſpondit Grat. conſil.52. nu. 45. & ſeq. lib. 2. Quod interficiens aliquem ſpe conſequendi bona, & hæreditatem occiſi, non dicitur commiſiſſe aſsaſſinium, quia opus eſt, vt pecuniæ, vel promiſſionis corruptio interueniat, & non diſsentit Baiard. ad Clar.d.§.aſsaſſinium, nu. 11.& num. 20.

11 Et tandem, vt quis, tanquam aſsaſſinus non poſſit vti priuilegio immunitatis Eccleſiaſticę, opus eſt, quod interueniat mandatum ad occidendum.c. pro humani. de homicid.in.6.vbi Arch. Io. Andr. & Gemin. Quamquam Alex.conſ.166.n.5.lib.6. videatur tenere aſsaſſinium cō mitti etiam ob mandatum ad vulnerandum, dum alternatiue loquitur de ſuſcipiente mandatum pretio ad interficiendum, vel vulnerandum, ipſe etenim nihil firmat, ſed tantummodo dixit, poſito, quod verum eſset, dictum Caium fuiſse aſsaſſinum, Tamen contrarium, quod ex man-

mandato ad vulnerandum tantum, mediante pecunia non committatur aſſaſſinium, voluere Ant. Gabr. d. concluſ. 1. de delict. nu. 30. in 9. ampliat. Alciat. d. conſ. 11. nu. 17. lib. 1. Vulpell. d. conſ. 143. n. 1. Decia lib. 9. c. 30. num. 41. Maſcard. de probat. d. concluſ. 138. nu. 10. & ſeq. & citatis his Hondad. d. conſ. 93. n. 65. lib. 2.

12 Vltimo erit aduertendum, quòd vt aſſaſſinium cõmiſſum dicatur, opus eſt, quod occiſus fuerit Chriſtianus, vti atteſtatur Aret. d. conſ. 163. col. 2. qui hanc eſſe communem profitetur, & de conſuetudine ſeruari, prout eum refert Baiard. ad Clar. d. §. aſsaſſinium, nu. 13. & fuit opinio Io. Andr. in d. c. 1. de homic. in 6. quem refert Corn. conſ. 249. ſub n. 1. lib. 1. qui dicebat, quo d euaſit quemdam Prælatum, qui fuerat accuſatus, ſeu inquiſitus de crimine aſſaſſinatus, & non fuerat deductum in proceſſu, vel in libello, quod ille, qui fuerat aſſaſſinatus, fuerit Chriſtianus, & admonet Aduocatos, quod id probent, & allegant Bald. idem dicentem in l. ſi quis non dicam ra pere. C. de Epiſc. & Clèr. & prædictus omnes recenſet Decia. d. lib. 6. c. 28. ſub nu. 18. & voluit Clar. in d. §. aſſaſſinium in princ. & notat Carrer. in pract. d. §. circa igitur tertium num. 16. & Bertrand. conſ. 140. n. 5. lib. 2. Boſſ. tit. de mand ad homic. num. 23. Viui. comm. opin. in ver. aſſaſſini, vbi teſtatur hanc eſſe communem opinionem, & conſuetudine receptam, adeo vt pauci Scribentes admodum reſiſtentur, & comprobat Maſcard. d. concl. 138. num. 13. & fuit de mente Silueſt. in ſum. ver. aſſaſſini, ſub num. 2.

Ex hac vltima declaratione infertur, quod etiã, ſi quis proditorie occiderit infidelem, non propterea eſt priuandus immunitate iſta, qui aſſaſſinus debet gaudere ea, ſi aſſaſſinat infidelem, multo magis proditor, cum maius

ius ſit aſſaſſinium proditione.

13 Rurſus pro complemento huius materiæ aſſaſſinorum reſtat videre, cui incumbat onus probandi occiſum fuiſſe Chriſtianum; cum abſque baptiſmate nemo efficiatur Chriſtianus; Pro regula erit, quod alleganti aliquem fuiſſe baptizatum, incumbit onus probandi, vt traditur in c. paruulos, diſt. 4. de conſecrat. & habemus gloſ. notabilem in c. presbyteri, diſtin. 68. quæ dicit in dubio potius præſumi, quem non eſſe baptizatum, quam baptizatum, & ponit Alciat. de præſumpt. reg. 2. præſump. 4. Quod autem ſpectat ad ea quæ tractamus, eruditiſſimus Clar. in §. aſſaſſinium, num. 2. dicit occiſum habendum eſſe pro Chriſtiano, cum reperiatur in territorio Chriſtianorum, quoniam à communiter accidentibus infideles non ſunt ſoliti conuerſari inter Chriſtianos, quod argumentum in materia probationum validiſſimum eſt, per notata in l. certi. §. quoniam. ff. ſi cert. pet. & tradit glo. in l. neq; natales. C. de probat. Quapropter credit Clar. quod parum prodeſſet apud Senatum Mediolanen. talis deffenſio, ſtante grauitate delicti, in quo non eſt ſuper huiuſcemodi ſubtilitatibus inſiſtendum, fatetur tamen, quod ſi reus qrobaret illum occiſum fuiſſe infidelem, tunc vtiq; eſſet ab hoc crimine aſſaſſinij abſoluendus.

Verum, cum habeamus inſigne dictum Io. Andr. affirmantem, ſe deffendiſſe Prælatum illum, contra quem fuerat probatum, quod occidi fecerat homines per aſſaſſinos, tamen non erat probatum occiſos fuiſſe Chriſtianos, opinio Clar. redditur dubia, & Io. Andr. refert Gemin. in d. c. 1. & Bal. in d. l. ſi quis non dicam, num. 8. verſ. præterea dicit. C. de Epiſc. & Cler. qui etſi dicat de allegatione, non autem de probatione, nihilominus verbum (allegare) accipitur pro (probare), & ſic eum citant Doct.

& de-

& declarat apoſt. ad Pacian. in tract. cui incumb. on. proban.c. 14. littera. B. part. 2. huius ſententiæ citatus Alex.conſ.1.num.23.lib.3.conſ.224.nu.3.lib.2.conſ.82. num.14.lib.3.& conſ.166.in fin.lib.7.vbi dicit hanc eſſe communem opinionem, latè proſequitur Curt.ſen. conſ. 73.ſub.n.3.Iaſ.in l.non ſolum.§.ſciendum,nu.3.ff.de no. op.nunc.Dec.in c. poſt ceſſionem,nu.23. de probat. pleniſſ. Tiraq.de retract.conſang.§. 8.gl.7. in prin. & Gabr. d. concluſ. 1. de malefic. cum quibus concordat Pacian. d.c.14. ſub nu.7.& reſpondit Clar.non eſſe verum a communiter accidentibus quod infideles non verſentur inter Chriſticolas, quoniam contrarium videmus quotidie in Iudęis, qui communiter inter nos conuerſantur, quos, ſi quis occiderit, non eſſet aſſaſſinus, per notata in d.c.1. de homic.in 6.& firmat ſum Tabien.in caſ.37.in fi.de excō.

Nec pariter admittendum dicit, quod hæc ſit iuris ſubtilitas, cum ſit qualitas delictum aggrauans, quæ cum à lege requiratur, eſt omnino probanda, vt notat Iaſ.in l. ſi extraneus in fin.ff.de cond.cauſ.dat.& egregiè Curt.ſen. in conſ.59.n.7.& abunde Tiraq.d.§.8.glo.7. nu.1. de retract. conſang. & propterea dicebat Pacian. d. loco non credere, has rationes non valituras apud illum integerrimum Senatum, ex quo non tractatur de abſoluta rei deffenſione, ſed de grauiori poena euitanda. Hoc tamen verum eſſe affirmat Pacian. præfato loco, num. 10. quod ſi quis occiderit quempiam, qui in S. M. Eccleſiæ fide, & Chriſti nomine confeſſione hucuſque perſeueraſſe probetur, quod is pro Chriſticola erit habendus, licet de eius baptiſmate non conſtaret, & pœna aſſaſſinij eſſet puniendus occidens eum de mandato alterius, pretio conuento, per tex.c.2.de Presb.non baptiz.

Quod limitandum credit Maſcard. d.concl.138.ſub n.

14.non

Digitized by Google

14. non procedere in eo, qui circũciſus reperiretur, quia ex hoc ſatis dicitur illum eſſe infidelem, cui prçſumptioni ſtandum erit, niſi contrarium probetur, vnde opus eſſet docere de baptiſmate.

De hæreticis, quibus in caſibus immunitate Eccleſiaſtica ſint priuati. Cap. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Hæretici quare non ſint digni immunitate iſta.*
2 *Hæretici proditores ſunt, illa proditionis ſpecie, quæ in Deum committitur.*
3 *Hæreſis diffinitio.*
4 *Infidele largo modo poſſunt dici hæretici, quamquam propriè non ſint, vnde* Inquiſitores *hæreticæ prauitatis contra eos procedere non poſſunt.*
5 *Stricta, & propria hæreſis diffinitio datur.*
6 *Tria concurrere debent ad perfectam hæreſim conſtituendum, & quæ.*
7 *Hæreſis, vox græca, quæ latine dici poteſt electio, ſiue ſecta in aliquo dogmate.*
Quæ, & ſi ſonet in bonam, & in malam partem, attamen infame eſt hoc nomen apud omnes Chriſtianos.
8 *Infideles, an gaudeant immunitate* Eccleſiaſtica, *vt ſi ob delictum non exceptum confugerent ad Eccleſiam, inde ſint extrahendi, vel potius ſint tuti.*
9 *Hæretici, ſi committant aliquod aliud delictum non exceptum, an ſint tuti in Eccleſia.*
10 *Blaſphemus an dignus ſit* Eccleſiæ *tutela.*
11 *Blaſphemiæ grauitas.*

12 *Poena,*

12 *Pœna; quæ ſolet.imponi blaſphemis.*
13 *Excommunicatus an tutus ſit in Eccleſia.*

SVccedunt ſeptimo loco hęretici, qui immunitate Eccleſiaſtica non ſunt digni; cum enim per hęreſim verè, & immediatè, ac principaliter in Eccleſiam delinquant, nimirum ſi ſunt ſua tutela deſtituti, vt eſt gloſ. in Auth. de mand. Princip. § neq; autem, & facit tex. l. 1. C de ijs, qui ad Eccleſ. confug. & in puncto hoc tenet Gondisla. de hæretici. q. 11. nu. 15. & ſimiliter Marſ. in l. ex Senatus conſulto in fin. nu. 11. ff de Sicar. Boer. dec. 110. nu. 6. & Didac. var. reſol. lib. 2. c. 20. nu. 11. in fin. Et comprobatur euidentiſſima ratione. Si enim is, qui in Eccleſia deliquit cõtra proximum non gaudet Eccleſiæ immunitate, vti oſtenſum fuit, multo minus debet gaudere, qui in Eccleſiam ipſam, & Deum ipſius fundatorem delinquit, fruſtra namq; illius quis implorat auxilium, qui in ipſum, deliquit. c. quia fruſtra. de vſur. & d. c. fin. de immun. eccleſ. & l. auxilium in fin. ff. de mino. & expreſsè firmat Decia. lib. 5. c. 42. num. 7.

2 Et cum, vt diximus, hæretici proditores iure meritò poſſint appellari, illa ſpecie proditionis, qua dictum eſt committi in Deum. hinc, ſicuti proditores hominum non merentur hanc immunitatem, ita, & multo magis Dei proditores, quod abſq; dubio verum eſt, quando hęretici pro hæreſi ad Eccleſiam confugiſſent, ſi enim pro alijs delictis ſint tuti, inferius ſuo loco enucleabitur.

3 Hæreſis itaque ita diffiniri poteſt, vt ſit falſa opinio, & pertinax circa Deum, & ipſius Catholicam fidem, dixi (falſa opinio) quia hæreſis eſt opinio, quæ vox loco generis ponitur; dixi (falſa,) quia plures ſpecies falſitatis continere poteſt, dixi (pertinax,) nam abſque pertinacia non poteſt eſſe hæreſis, & ſic vox falſa ponitur ad differen-

ferentiam veræ opinionis,vox (pertinax) ad differentiam erroris, quem quis paratus ſit emandare, qui excuſabilis eſt, neque hæreticum conſtituit, dixi (circa Deum) vt comprehenderem omnes ſpecies hæreſis, infidelium, ſcilicet, vt Paganorum, Iudæorum, & etiam Chriſtianorum, & hęc diffinitio, ni fallor, colligitur ex c. hęreticus 24. q 3. & traditur à D. Thom. 2. 2. q. 2. art. 1. & 2. Omnis, ergo, qui Trinitatem, & articulos fidei non agnoſcit, vel in illis pertinaciter errat, hęreticus dici poteſt. Et etiã is, qui ſibi nullum Deum, vel alium fingit, vt ſunt infideles, gloſ. in c. inter hęreſim 24. q. 3.

4 Large igitur ſumpta ſignificatione hæreſis, infideles, & Iudæi poſſunt dici hæretici, quia falſam habent circa Deũ opinionem, vt habemus in c. qui verò ead. cauſ. & q. licet propriè hęretici non ſint, & ideo Inquiſitores hęreticæ prauitatis non poſſunt contra eos procedere, vt notant Io. de Ligna. & Calder. inter conſil. Bald. conſ. 316. in fin. lib. 1. quod comprobauit ipſe Bald. in conſil. antecedenti eiuſdem libri.

5 Strictè autem hoc nomen ſumendo, vt nos Chriſtiani illud vſurpamus, eſt dogma falſum, fidei ortodoxæ repugnans, cum pertinacia; Vnde tria concurrere debent ad perfectam hæreſim conſtituendam; Falſa ſcilicet, opinio, ſiue credulitas in rationali intellectu, Peruerſa voluntas in concupiſcibili, Et deffenſio illius peruerſæ voluntatis in iraſcibili, & propterea, propriè, & verè ille dicitur hæreticus, qui errat circa fidem Chriſtianam per intellectum, & pertinaciter hæret errori per voluntatem, quod probatur in c. dixit. 24. q. 3. & ſentit Girland. de hæretic. q. 1. num. 6. ac firmat Oldr. conſil. 21. colum. 2. verſ. circa primum latè Alphonſ. de Caſtr. de hæreti. car. mihi 24. in fin.

6 Ex

6 Ex quibus colligi poſſe dicendum erit, quod non omnis, qui peccat, dicitur hæreticus, ſed tantum, qui intellectu errat: ideo qui fornicatur, peccat corpore, ſed non per hoc peccat intellectu, dummodo credat fornicationem eſſe peccatum, ſin autem crederet fornicationem non eſſet peccatum, tunc intellectu erraret, & ideo hæreticus eſſet. Et aduertendum erit, quod non quilibet error eſt haereſis, ſed tantũ, qui repugnat fidei Chiſtianae.

7 Eſt hæreſis, vox græca, quae latinè dici poteſt electio, ſiue ſecta in aliquo dogmate, vt habetur in c.haereſis 24. q. 3. vbi Archid. & ſequitur Azo. in ſum C.de haeretic. & Felin. poſt alios in rub. de haereti. Et quamquam hac ratione nomen hoc in bonam, & in malam partem ex ſui deriuatione capi poſſit, attamen hodie infame eſt hoc nomen apud Chriſtianos, & ſignificat quamlibet peruerſam opinionem à fide Chriſtiana deuiantem.

8 Ex quo, vt diximus, infideles ſub generali nomine hæreticorum comprehenduntur, quaerẽdum erit, an gaudeant hac immunitate? & gloſ. in d. c. inter alia ver. extrahendus. de immun. Eccleſ. videtur innuere, quod nec Iudaeus delinquens ſit extrahendus, ibique Hoſtien. Io. Andr. & Card. q. 1. Tiraq. de primog. q. 66. n. 9. Felin. in c. Iudaei, il primo de Iudae. Imo. citatis alijs, in Clem. 1. de paenit. & remiſſ. Marſ. in l. vni. nu. 114. C. de rap. virg. Silueſt. in ſumm. in ver. immunitas 3. n. 2. & haec opinio fortaſſe frequentiori Auctorum calculo recepta videbitur, vt dicit Couar. var. reſolut. lib. 2. c. 20. ſub nu. 11. Clar. in pract. §. fin. q. 30. num. 17.

Cuius tamen contrarium tenendum eſſe docuit glo. in l. 1. C. de ijs, qui ad Eccleſ. confug. per tex. ibi, itẽ in Authen. de mandat. Princi. §. publicorum. Abb. in d. c. inter alia. num. 6. Henric. Boich. in c. vlt. col. 2. de immunitate

Digitized by Google

Eccleſ. Boer. dec. 110. Oldr. conſ. 54. Marſ. in l. ex Senatus conſulto, nu. 10. ff. de Sicar. & Didac. d. c. 20. ſub n. 11. qui de mente aliorum communem appellat. Gig. de crim. lęſ. Maieſt. lib. 3. rub. de plurib. & diuerſ. quęſt. q. 3. in fin. num. 18. Remig. de immun. eccleſ. in 18. fallent. vbi pariter ex Marſ. vbi ſupra teſtatur de communi opinione, & non obſtantibus auctoritatibus pro contraria ſententia adductis, non eſſe recedendum ab hac, quę non ſolum re vera magis communis eſt, vt affirmat Clar. in pract. S. fi. q. 30. nu. 17. verum, & etiam verior. Io. Franc. Leon. in Theſ. for. Eccl. c. 13. nu. 30.

Non enim debemus erga Iudęos, & alios infideles perfidiſſimos Chriſtiani nominis hoſtes vti aliqua humanitate, nec iuri conſonum eſt, vt is ab Eccleſia defendatur cuius tutelę, & fidei gremio ſe ipſum committere recuſat, ſunt verba Farinac. de carcer. & carcera. q. 28. ſub num. 68. & prius hoc idem tenuit Azo. in ſum. C. de iis, qui ad eccleſ. confug. nu. 2. Bar. & omnes in d. l. 1. vbi Salyc. dicit, quod Eccleſia non eſt tutelæ iis, qui nō ſunt ſub lege ſua, & huius ſententiæ fuit Cyn. in l. pręſenti, in primo membro diſtinctionis. C. de iis, qui ad eccleſ. confug. Ana. in d. c. Iudæi il primo, col. 2. verſ. nunquid autem Iudęi. de Iudę. Quo in loco nobis mandauit, quod ex quo pro hac opinione reperitur text. expreſſus de iure ciuili in d. l. 1. & nullus tex. de iure Canonico, qui hoc decidat, & contrarium ſtatuat, videri ſibi durum, quod per gloſ. & interpretes ius ciuile corrigatur, & iſta opinio eſt æquiſſima, & vera; quia Eccleſia non debet præſtare patrocinium ei, qui ſemper nititur eam impugnare. c. diſplicet. 23. q. 4. non enim debet ex eo quis fructum capere, quod nixus eſt impugnare c. non debet ex eo, de reg. iur. in 6. cum hac opinione reſidet Marquar. de Iudæ. part. 1. cap. 8.

Digitized by Google

1.c. 8.& pluribus comprobat Decia.lib.6. c. 28. num. 8. qui veriorem, & communem appellat. Et quamquam Baiad.ad Clar.d.q.30.n.13.de mente Rebuff. in Conſtit. de immun. Eccleſ. tom. 2.art.1.gloſ. 1.verſ.quinto excipitur,aſſerat, quod Iudæi, ſi volunt fieri Chriſtiani,huiuſmodi immunitate gaudebunt, & facere poteſt ad hoc tex.l.1.C.de ijs,qui ad Eccleſ.confug. qui videtur innuere à contrario ſenſu, quod ſi non ſimulauerint, ſed verè vellent fieri Chriſtiani, quod debent eſſe tuti. Decian. nihilominus d. c. 28. num. 2. dicit, quod imò lex præſumit,quod ſimulatè id faciant, quia certè probari non poteſt, quin fictè faciant, poſſent vtiq; ſe baptizari facere in illa Eccleſia, & poſtea redire ad infidelitatem; & propterea lex illa, ſtatim quod infidelis propter delictum, vel propter debita,& æs alienum, confugit ad Eccleſiam, præſumit iuris præſumptione, quod ſimulatè,& non contrito corde id faciat, vnde non vult illum eſſe tutum, & ita intelligit dictum tex.Abb.in d.c. inter alia,num. 6. de immun. Eccleſ. & Henrich. Boich in c.vlt.col.2.eo.tit.& fuit de mente Io. de Viſch. de immun. Eccl. in 13. concl.

9 Poſtquam reſolutum eſt, & expreſsè ſtatuit Conſtitutio noſtra, quod hæretici non poſſunt frui immunitate Eccleſiæ, reſtat dubium,ſi hæretici iam,vt tales condemnati,committerent aliquod aliud delictum,puta, adulterium, & ſimile, & confugiſſent ad Eccleſiam, an pro iſto delicto ſint tuti? & tenendum eſt, non eſſe tutos,quia hoſtes ſunt Eccleſiæ,& nullo fauore Eccleſiæ digni Boer. in puncto d. deciſ.110.nu.6.Marſ.in d.l.ex Senatus conſulto.ad fin.Didac.var.reſolut.lib.2.c.vlt.nu.11. Gondisla. de hæreti.q.11. Gig.de crim.læſæ Maieſt.lib.3. ſub tit.de plurib.& var.quæſt.q.3.n.19.citati à Decia.d.lib.6.c.28. nu.4.& aſſentit Farin.de carcer.& carcer.q.28.ſub.n.68.

Ego credo, quod in hac quęſtione adhibenda ſit diſtinctio Decia. de qua ſupra c. 5. num. 10. Si enim hæreticus pro hæreſi non fuit punitus, certè poterit extrahi, & puniri tam de hæreſi, quam de alijs poſtea patratis, ſi autem de hæreſi fuit punitus, & per pœnitentiam peractam ad gremium S. M. Eccleſiæ redierit, crederem non eſſe priuandum iſta immunitate pro aliis delictis, cum verè is amplius non poſſit appellari hæreticus, cum ab eius pertinacia receſſerit, idque expreſſe ſentit Decia. d. lib. 6. c. 28. num. 6. in fin.

10 Sed quid dicẽdum de blaſphemo? nunquid & ipſe hac immunitate indignus redddatur? & Boer. d. deciſ. 110. indignum eſſe affirmat, quod verum eſſe autumat Decian. d. c. 28. num. 6. quatenus pro blaſphemia non fuerit punitus, & pro blaſphemia eſſet extrahendus, quod ſuadere videtur ratio manifeſta poſita in d. c. fin. de immunit. Eccleſ. quia legis fruſtra implorat auxilium, qui in ipſam legem deliquit, qui enim delictum in Eccleſiam, vel contra Dei ſponſam commiſerit, gaudere non debet Eccleſiaſtica immunitate, ergo à fortiori non debet hac immunitate frui, qui deliquit in Deum Sponſum, & caput Eccleſiæ; cum immunitas iſta conceſſa ſit Eccleſijs propter Deum; locus enim non ſanctificat hominem; ſed homo locum. 40. diſt. & aduertit Farinac. d. q. 28. nu. 67.

Putarem tamen ego, quod ſi blaſphemia eſſet de illa ſpecie, quam hæreticalem dicunt R. P. Inquiſitores hæreticæ prauitatis, abſq; dubio talis blaſphemus non eſſet tutus, ſicuti tuti non ſunt hęretici.

11 Si autem blaſphemia non eſſet de illis, gaudere immunitate crederem, quia videmus, quod blaſphemi non puniuntur poenis, quibus hæretici, quamquam grauiſſimum crimen ſit blaſphemia, & omni iure punibile, ſicuti poſt

Theo-

Digitized by Google

Theologus ſcribunt ex noſtratibus Caſſan. conſ. 11. num. 68. & Boer. deciſ. 301. Hodie tamen poena illa mortis diminuta eſt, & minor ſemper infligitur, & hoc propter multitudinem blaſphemantium, & procul dubio ſi omnes blaſphemi decapitarentur, pauci ſupereſſent, qui poſſent blaſphemare, vt dicit Bellon. conſ. 69. nu. 6. adeò humana vitia vergunt in peius:

12 Et ob id Cardin. Hoſtien. in ſumm. tit. de maled. §. blaſphemantes. verſ. grauior. quem reaſsumpſerunt, & ſecuti ſunt multi per Menoch. relati de arbitr. caſ. 375. nu. 30. & poſt eum Decia. d. lib. 6. c. 6. nu. 7. iudicis arbitrio puniendos eſse ſcripſere, qui pro perſonæ, & facti qualitate poenam inducere poterit.

Et quandoq; blaſpemus fuit ſolitus puniri funis ictuum, vt in illo, qui dixerat, (*Ne tu, ne quel traditore di Chriſto*) de quo Clar. in §. blaſphemia, ſub num. 3.

Exilio quoque plerumque damnantur blaſphemi, & hæc pæna per partes Sereniſſimi Dominii Veneti imponitur, addita quali quali pæna pecuniaria, ſicut refert Decia. vbi ſupra, num. 16.

Gloſ. in c. 2. ver. altrix. de off. ordin. in 6. carcere puniri blaſphemos tradidit.

Et Boer. d. deciſ. 301. Tholoſæ ſeruari aſſerit, aliquibus vicibus mergi in aqua, & quaſi ſuffocari, ita tamen, vt non moriantur.

Nec non Brixiæ, Papiæ, & Parauii extare ſtatuta, poenam pecuniariam blaſphemantibus imponentia, atteſtatur Menoch. d. caſ. 375. nu. 5. In hoc autem Statu Sereniſſimi D.N. Ducis Vrbini habemus Decretum Celſitudinis ſuę, imponens poenam blaſphemantibus vigintiquinque aureorum, publicè fune plectuntur, & perpetua notantur infamia.

Digitized by Google

Et propterea ex impoſitione poenę apparet, quod blaſphemi non puniuntur morte, & ob id crederem, non eſſe priuandos hac immunitate; ſimili modo dicendum erit de excommunicato, an immunitate noſtra vti debeat? & Felin. in c. 2. n. 5. verſ. ex quo videtur. de except. annuere videtur, quod non ſit tutus, ea ductus ratione, quia quis fruſtra legis auxilium implorat, qui committit in legem. d. c. quia fruſtra. de vſur.

Et etiam quia excommunicato eſt interdictus ingreſſus Eccleſiæ, ideo in ea non poteſt ſepeliri per ea, quę tradit Arch. in c. pręſentis. q. 2. Ergo multo minus viuens protegitur ab Eccleſia.

Cui addere poſſumus, quod excommunicatio eſt maior poena, quę detur in Eccleſia, cū per eam homo extra Eccleſiam eiiciatur, & tradatur Sathanę, non quaſi damnandus, ſed corrigendus, in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus fiat, vt conſiderat. Coſm. Filiare. de off. Sacerd. lib. 3. c. 2. de excomm. ver. & non ſolum. Vnde ſi excommunicatus eſt membrum putridum, & aridum Eccleſię, non debet illius immunitate gaudere.

13 Attamen communis opinio eſt in contrarium, quod excommunicatus confugiens ad Eccleſiam ſit in illa tutus, vt tenet Hoſtien. in ſumm. de immunit. Eccleſiaſtica. in §. Quibus. verſ. Quod ergo. & Io. Fab. in l. 1. C. de iis, qui ad Eccleſ. confug. & in §. vlt. Inſtit. de iis, qui ſunt ſui, vel alien. iur. Cyn. in d. l. 1. Henric. Boich. in d. c. fi. de immunit. Eccleſ. & Imo. in Clemen. 1. de pęn. & remiſ. quibus adductus hanc opinionem, tanquam magis communē tenendam firmat Dec. d. lib. 6. c. 28. n. 3. & atteſtatur Boer. d. deciſ. 110. n. 5. proſequitur Io. Viſch. de immun. Eccl. n. 49. & Didac. var. reſolut. lib. 2. c. 20. nu. 11. & comprobat Clar. poſt alios in pract. §. fin. q. 30. nu. 18. Remig. de immun.

Digitized by Google

immun.Eccleſiaſt.in 19.fallent.nu.1.& Io. Franc. Leon. Theſ.for.Eccleſ.c.13.n.29.qui communem dicit.

Et facit pro tenentibus affirmatiuam, Quia excommunicatus viuens non prohibetur, neq; arcetur ab Eccleſia, quando non celebrantur Diuina officia, glo.in c.qui ſtud. 1.q.1.in ver.dimiſit.in fin.Butr.in c.reſponſo.per illum tex.de ſent.excommunic.& dicebat Arch. in c.diffiniuit. 17.q.4.quod tex.iuris Canonici,& ciuilis dantes immunitatem hanc,& excipientes aliquos caſus,non excipiunt perſonas,ſed tãtum crimina, pro quibus aufugiunt, prout eum refert,& amplectitur Decia.d.c.28.ſub nu. 3.vbi reſpondit conſiderationibus Felin. Quod excommunicato denegetur ſepultura, quia illud eſt, ex quo apparet mortuum in pænitentem, & conſequenter hæreticum.

Et minus obſtat, quod fruſtra legis auxilium implorat, qui contra legem facit. Nam intelligitur in eodemmet facto, ſi enim excommunicatus fuiſſet pro delicto, pro quo confugit ad Eccleſiam, poſſet procedere, ſecus ſi pro alio, & diuerſo.

Et quamquam excommunicatio ſit maior pæna, quæ imponatur ab Eccleſia, nihilominus excommunicatus fidem retinet,& licet extra Eccleſiam eijciatur, non fit, vt omnino ſit extra Eccleſiam, ſed vt corrigatur, quia quatenus eſt ex intentione Eccleſiæ, excommunicatio tanquam medicina fuit inuenta, vt reſipiſcere faciat.

De Reis læſę Maieſtatis crimine, quomodo,& quando hac immunitate ſint priuati. Cap.IX.

SVMMARIVM.

1 *Crimen læſæ Maieſtatis exceptũ,& ſub generali regula non comprehenſum,& ſi latrones ſunt deſtituti beneficio immunitatis*

munitatis Eccleſiaſticæ, tanto fortius rei huiuſce criminis.

2 *Ante conſtitutionem iſtam Gregorianam, & ſi crimen læſæ Maieſtatis non reperiretur expreſſe connumeratum, inter caſus exceptuatos tam de iure ciuili, quam Canonico, tamen tuti non erant in Eccleſia.*

3 *Duplex eſt Maieſtas, Diuina, & humana; Diuina reſpectu Dei conſideratur, & humana concernit perſonas humanas, vt Principes, & Poteſtates.*

4 *Ethymum huius vocabuli, Maieſtas, datur.*

5 *Crimen læſæ Maieſtatis vtrum committatur contra Principes inferiores, & Ciuitates recognoſcentes ſuperiorem.*

6 *A non ſubdito crimen læſæ Maieſtatis non committitur, & oportet, quod ſit ſubditus ratione originis, vel domicilii.*

7 *Gregoriana noſtra requirit, quod crimen læſæ Maieſtatis in perſonam ipſiuſmet Principis committatur.*

Hinc offendẽs Conſiliarium Principis non poteſt extrahi ab Eccleſia.

1 VLTIMO loco Sanctiſſimus in hac Conſtitutione excepit reos crimine læſę Maieſtatis in perſonam ipſiuſmet Principis. Eſt enim hoc crimen adeo exceptum, quod non comprehendatur ſub generali regula, & propterea huiuſce ſceleris rei non debent hoc immunitatis auxilio frui; abſurdum enim eſſet, ſi latrones publici, & depopulatores agrorum priuarentur immunitate Eccleſiæ, & in ea tuti eſſent rei læſæ Maieſtatis; quod quidem crimen multo grauius eſt præfatis delictis, tum ratione perſonæ, quæ offenditur, tum etiã ratione impoſitæ pænæ, vti aduertit Farin. d. q. 28. n. 72.

2 Et licet ante Conſtitutionem noſtram hoc delictũ non reperiretur connumeratum expreſsè inter caſus exceptuatos,

tos, neque iure Canonico, neq; ciuili, attamen tutos non fuiſſe delinquentes iſtos, pluribus comprobat Gig. de cr im. læſ. Maieſt. ſub rub. de plur. & var. quæſt. cui addidit Decia. tex. l. 2. C. de ijs, qui ad Eccleſ. confug. vbi indicitur poena criminis læſæ Maieſtatis ei, qui ad Eccleſiam confugientem extrahit, ergo nõ eſt veroſimile, quod voluerit adeo tueri reũ læſæ Meieſtatis, vt ſi extrahatur, extrahentem faciat in idem crimen incidere.

Sed cum Bulla hoc crimen excipiat, ſumus in claris; ſed tantum cum velit, quod hoc crimen in perſonam ipſius Principis committatur, quod tertiam proditionis ſpeciem eſſe ſuperius aſſeruimus, ſciendum erit.

3 Quod duplex eſt Maieſtas, Diuina ſcilicet, & humana c. duo ſunt 19. diſt. Authen. Gazaros. C. de hæret. Bal. conſil. 59. in prin. lib. 1.

Diuina reſpectu Dei conſideratur, hinc vnica eſt, ex quo Deus tantum eſt vnus, & de hac viſum fuit, quando de hæreticis verba fecimus.

Humana autem concernit perſonas humanas videlicet Principes, & humanas Poteſtates omnes, de quibus modo erit tractandum.

4 Et incipiendo ab ethymo. huius vocabuli, Maieſtas, à maiore dicta eſt, ſicut honeſtas ab honore, & dicitur Maieſtas, quaſi maior ſtatus, vel maior poteſtas, vt notatur ab omnibus in c. felicis. de poen. in 6. & in Clem. 1. eo. tit. & in c. Paſtoralis. de ſent. & re iud. & docuere Oldr. conſ. 43. colum. 2. verſic. circa ſextum. & Alber. in l. quiſquis. colum. 6. verſic. circa primam queſtionem. C. ad l. Iul. Maieſt. Luc. de Pen. in l. fin. in fin. C. de delato. lib. 10. Barb. conſ. 21. nu. 8. lib. 3. & conſ. 70. n. 58. in fin. lib. 4. & proſequitur Præpo. in cap. in primis. §. de perſona. colum. 6. verſic. pro declaratione 2. quæſt. 1. erit igitur opus, quod

maior

maior ſtatus, & poteſtas lędatur, vt hoc crimen committatur.

5 Vnde quærere ſolent maiores noſtri, ſi hoc crimen committatur contra Principes inferiores, & Ciuitates, quę ſuperiorem recognoſcunt, & certè de iure loquendo, iſte articulus magnam habet difficultatem, & multi tenent quod diſpoſitio. l. quiſquis, non habeat locum contra committentem crimen lęſę Maieſtatis in huiuſmodi Principes, & Ciuitates ſuperiorem recognoſcentes, & hanc opinionem eſſe communem dixit Socin. ſen. conſil. 275. ſub numero primo, libro ſecundo, quem refert Ruin. conſil. 3. ſub numero 12. lib. 5. citati à Clar. in §. lęſę Maieſtatis, numero tertio, Decian. libro 7. cap. 4. numero 8. qui concludendum eſſe dicit de iure, quod non, Quia tales non habent Maieſtatem; & ideo ſi conſideremus eorum perſonas in ſpecie, tanquam Dominos, propriè non committitur contra eos hoc crimen, Sed quia talem poteſtatem habent à Papa, vel Imperatore, ideo videntur Principes concedentes tranſtuliſſe omnem poteſtatem, quam ipſi habebant in eos, vnde ſaltem largè dicetur in eos hoc crimen committi, vt tenet Ang. conſil. 214. & Caſtren. per illum tex. in l. 3. C. de Epiſ. aud. Gig. de crim. lęſę Maieſtatis, lib. 1. tit. qual. & à quibus. q. 29. Clar. in d. §. læſæ Maieſtatis. nu. 3. qui dicit. quicquid ſit de iure, de conſuetudine ſeruatur, quod etiam in iſtis Ciuitatibus, & Principibus, qui ſuperiorem recognoſcunt, crimen iſtud committatur.

Quod tamen omnes intelligunt, reſpectu poenę corporalis, & publicationis bonorum, ſed non quo ad memoriam damnandam, & poenam filiorum, necnon pęnam extrauagantis, Qui ſint rebelles, vt docuit Decia. conſil.

410. nu.

Digitized by Google

extrauagantis, Qui ſint rebelles, vt docuit Decia. conſil. 410. num. 31. & ratio præmiſſorum eſt, quia licet hi Domini inferiores habeantur loco Imperatoris in ſuis terris, non tamen ſunt Imperatores, & aliud eſt eſſe tale, & aliud haberi pro tali, vt eleganter explicat Decia. d li. 7. c. 4. ſub nu. 8. propterea ſi quis perſonam ipſius Principis offenderet, etiam ſuperioris recognoſcentis, poſſet vtiq; extrahi ab Eccleſia.

6 Bene verum eſt, quod, vt hoc crimen committatur; requiritur, quod delinquens ſit ſubditus illius Principis, vt probat tex. Clem. paſtoralis, & ibi glo. in ver. non ſubfuit, de re iud. & eſt communis opinio, teſte Rolan. conſ. 4. n. 1. lib. 1. & ideo, licet aliquis particulari iure, puta feudi, ſiue delicti efficiatur de foro alicuius Principis, ſi tamen ratione originis, vel domicilii ei non ſit ſubditus, non dicitur committere contra eum crimen læſæ Maieſtatis, & ita de mente Gig. omnes ſentire videntur, ſecundum Clar. d. §. leſæ Maieſtatis, num. 6.

7 Cumq; Conſtitutio noſtra requirat, quod hoc crimen in perſonam ipſiuſmet Principis cõmittatur, ſi quis offenderet Principis Conſiliarium, quamuis in hoc crimen incidere velint Scribentes, vt affirmat Clar. in d. §. læſæ Maieſtatis. n. 5, vbi Baiard. in addit. in prin. connumerat omnes caſus, per quos hoc crimen committitur, tamen non eſſet priuatus hac immunitate vigore huius Conſtitutionis exigentis, quod Princeps immediatè offendatur.

Nunquid immunitas iſta omnibus Eccleſijs ſit attributa. Cap. X.

SVMMARIVM.

Conſtitutio reuocat omnes facultates extrahendi ab Eccleſiis Mona-

Digitized by Google

Monaſteriis, Sacellis, Domibus regularibus, et ſecularibus locis ſue ſacris, aut religioſis, hinc omnibus prædictis immunitas dicitur conceſſa.

2 *Eccleſia nondũ cõſecrata quando habeat hanc immunitatẽ.*

3 *Eccleſia diruta an habeat priuilegium immunitatis.*

4 *Fines* Eccleſiæ *qui ſint ad effectum immunitatis noſtræ.*

5 *Coemeterium hac immunitate fruitur.*

6 *Atrium* Eccleſiæ *habet hanc præeminentiam.*

7 *Palatium* Epiſcopale *quando gaudeat immunitate* Eccleſiæ, *late demonſtratur.*

8 *Aedes Canonicorum, vel Clericorum, ſi ſint intra fines, habent immunitatem.*

9 *Confugiens ad Sacerdotem Sanctiſſimam* Euchariſtiã *aſportantem, an ſit tutus.*

10 *Captus a Birroariis, ſi ducatur ad carceres per* Eccleſiam, *ſi recuſat exire, nunquid ſit extrahendus?*

11 *Carceratus, ſi effractis carceribus, aufugerit ad* Eccleſiã *tutus erit.*

12 E*t ſi blanditiis, & pollicitationibus, etiam iuratis, de redeundo fuerit emiſſus.*

13 *Hic quoq; ſi captus a familia ſe exemerit e manibus eius, & in* Eccleſiam *ſe receperit, erit tutus.*

EXpeditis cauſis exceptis à Sanctiſſ. circa quos adduximus ea tantum, quæ ad hanc immunitatem
1 ſpectare poſſe viſum fuit.† Reſtat videre ſi immunitas omnibus Eccleſiis ſit attributa, vt ex eis, niſi in ſupradictis caſibus exceptis, confugiens non poſſit extrahi. Et conſtitutio reuocat omnes facultates à Sede Apoſtolica conceſſas extrahendi ab Eccleſiis, Monaſteriis, Sacellis, Domibus regularibus, & ſecularibus locis ſuè ſacris, aut religioſis, vnde omnibus prædictis immunitatem conceſſam dicendum venit.

Sed

2 Sed quærendum erit quid de Eccleſia nondum conſecrata? quæ, ſi auctoritate Epiſcopi ſit ædificata, habebit immunitates eccleſiis conſecratis conceſſas, vti tenet Io. de Turrecrem.in c.ſi quis in atrio.17. q. 4. & hoc idem voluere gloſſ.& Panor.in c.fin. de conſecr. Eccleſ. vel altar.& ſentit Io.Franc.Leon.in Theſ.for.eccl.cap.13.nu.7. Villagut.de extenſ. leg.tit. de extenſ. immunitatis Eccl. nu.18. Quod præcipuè verum eſt ſi in dicta Eccleſia non dum conſecrata iam Diuina celebrentur, ita conciliando diſtinguit Decian. lib.6.c.24.nu.24.Secus vero ſi fuiſſet tantummodo Epiſcopi auctoritate ædificata, & dedicata, ſi adhuc Diuina non cæpta ſint miniſteria celebrari, noſtra tunc non gaudebit immunitate, & hoc pluribus comprobat Decian.dicto loco, & aſſignat differentiam inter Baſilicam,& Eccleſiam,licet hęc vocabula ſępe confundantur;vt ibi per eum.

3 Eccleſia quoq;diruta, cum non deſinat eſſe ſacra,ſaltem reſpectu loci,in quo erat ædificata,tex.eſt in l.æde ſacra,ff.de contrah.empt.l.in tantum,§.ſacrę.in fi.ff.de rer. diuiſ. & docuit glo.in c.qui ſemel 19.q.3.gaudere debet immunitate iſta.

Tamē ſi diruta ſit auctoritate Epiſcopi,& ſine ſpe reædificandi,non gaudebit immunitate, vt cōfugiens ad eam non poſſit extrahi,& eſt communis opinio,vt poſt Remig. de immun.Eccleſ.in 20.ampliat. teſtatur Clar.d.q.30.n. 6.relatus à Farinac.de carcer.& carcerat.d.q.28. nu. 70. & firmat Decian.d.lib.6.c.25.n.22.Villagut.d.tit.n. 38. Rurſus cum immunitas hæc Eccleſiis,& aliis locis,de quibus in Bulla protendatur etiam extra loca prædicta,videamus itaq; de finibus ipſius Eccleſiæ, intra quos exiſtens hac immunitate potitur.

4 Fines autē Eccleſiæ ſunt,ſi ſit Baſilica,hoc eſt,matrix, vel

vel Metropolis per circuitum quadraginta paſſus, ſi ſit minor, triginta paſſus, de quo eſt tex. in c. ſicut antiquitus. 17.q.4.& c.quiſquis inuentus.ea.cauſ.& q. & ita ſeruatum fuiſſe iuſſu Senatus ſcribit Clar. d. q.30.num.2.& proſequitur, citatis infinitis, Farinac.d.q 28.n.12.& com probat Decian.d.c.24.nu.29.lib.6.qui.c.25. n.9. diſtinguit inter Eccleſias extra muros Ciuitatis ſituatas, & eas, quæ ſunt intra muros Ciuitatis, & de mente Anch. in c.quiſquis.17.q.4.tenet præd.intelligi de Eccleſiis extra muros Ciuitatis conſtructis, quę quo ad paſſus gaudent immunitate, ſecus de iis, quæ ſunt intra mænia Ciuitatis, quaſi quod iſti paſſus extra Ciuitatem dentur Eccleſiis pro cæmeterio, proſequitur comprobando Vulpell. conſ.130.in 10.Villagut.vbi ſupra,nu.3. vbi plurib. defendit, quod Capellæ intra moenia Ciuitatis conſtructę non gaudeant hanc immunitate triginta paſſuũ, quod non placet Farinac.d.loco, vbi dicit à propoſita per eum ampliatione de circuitu ipſius Eccleſiæ non eſſe recedendũ, niſi in loco, in quo caſus contingeret, adeſſet conſuetudo in contrarium; de qua appareret aliter, quam per dicta Doctorũ; quia Doctori atteſtanti de conſuetudine nõ creditur, niſi de locali, vbi verſatus fuit, per ea, quę ſcribit Ant.Gabr.com.opin.tit.de probat.concl.4.num.3.

Paſſus vero iſti erunt quinq; pedum, vt eſt gl.in d. c.ſicut.17.q.4. & glo.in l.1.ff.de verb.ſig.& in l. 1. ff. ſi quis caut.& in l.fin.vbi Florian.ff.fin.regund.Silueſt.in ſumm. ver.Immunitas.il 3.circa prin.Et ſecundum Bar.d.l. 3. ff. de ver.ſig.conſuetudo loci attendenda erit in hoc, quem ſequitur Alex.in d.l.1.num.3. ff. ſi quis caut.

Qui paſſus incipiunt connumerari a candelabro poſito in Eccleſia ſecundum Old. quem refert Decian.d. c. 25. ſub nu.9.At (pace Deciani ſit dictum,) Oldr. allegato cõſ. 55.hoc

55.hoc non dicit,ſed refert,quod dicit Scolaſticus in candelabro, quod computetur ad eam partem tantum, vbi eſt cæmeterium, & ſubiungit. Ego credo, quod iſtos triginta paſſus habeat in toto circuitu, quod expreſsè haberi affirmat in c.diffiniuit, & c.quiſquis 17. q.4. Et temporibus noſtris nõ video in Eccleſiis candelabrum iſtud, à quo iſta computatio incipere poſsit, & à muris ipſius Eccleſię fienda erit,quia aliàs non haberet iſtos paſſus integros,ſi Eccleſia, ipſa computaretur.

Non ſolum Eccleſia,& loca ſacra in Bulla expreſſa habent hanc pręeminentiam,ne confugiens ad eam extrahatur, † ſed & Cæmeterium gaudet eadem immunitate, propter reuerentiam ipſius Eccleſiæ,vt citatis innumerabilibus, ita tenendum eſſe firmat Farinac. d. q.28.nu.14. quod,& expreſse ſancitum fuiſſe in Bulla ita teſtatur.

6 Quinimo atrium Eccleſię,tanquam de illius pertinentiis ſacrum eſt,& ideo gaudet Immunit.eccleſiæ,per tex.c. ſi quis in atrio.17.q.4.& aſſentit Decian.d.c. 25. nu. 31. & comprobat Farinac. d. q. 28.nu. 14.& amplectitur Io. Fran.Leon.in Theſ.for.Eccleſ.c.13.num. 3.

Vlterius immunitas noſtra competit etiam Palatio Epiſcopali, e quo delinquentes extrahi nequeunt,c.id conſtituimus 17.q.4.& fuit opinio Hoſtien. quem ſequuntur communiter Doctores, vt atteſtatur Barbat. conſ.33.nu. 7. lib. 4. & admittunt omnes, quando Palatium adhæret Eccleſiæ;ſed difficultas eſt;quando diſtet ab Eccleſia vltra quadraginta paſſus, an habeat hanc immunitatem? & Hoſtien. in c.inter.de Immun.eccl.ſentit,quod gaudeat, & hoc voluit Imo. ibi. & fuit de mente gloſſ. in d. c. id conſtituimus 17. q.4.ſequitur Panor.in c.Eccleſiæ nu.9. de Immunit. eccleſ. quia tex. d.c. id conſtituimus.loquitur indiſtincte, & vidimus in ſimili, quando familia Epi-

E ſcopi

ſcopi gaudet priuilegio fori, licet ſit ſecularis.

Ac etiam, cum materia iſta immunitatis ſit fauorabilis,non debet reſtringi d.tex.c.id conſtituimus,ſed potius ampliari; hæc Abb. d. loco, & ibidem Henric. Boich.col. fin. & Card. in Clement. de poenit. & remiſſ. & eſt communiter recepta,teſte Didac.var.reſolut.lib.2.c.20.num. 5. Remig. de immunit.Eccl.in 15.ampliat.vbi dicit communem opinionem, cum quibus reſidet Farinac. d. q. 28.nu.38.& firmat Io.Fran.Leon.Theſ.for. Eccleſ.c.13. nu.14.Villagut.de extenſ.leg.tit.de extenſ.immunit. Eccl. num. 87.Contrarium acerrimè tuetur Decian.d.c.25. nu. 14. qui conſideratis à Panor.reſpondit,ea fulcitus ratione, quia Palatium Epiſcopale non debet diſtare ab Eccleſia, tex. expreſſus in c. Epiſcopus vilem, quod eſt pen.41.diſt.c. Epiſcopus.de conſecratione. diſt.3.ideo ſi diſtat,cum hoc ſit contra ius,non debet gaudere eo priuilegio,tum quia hoc priuilegium non datur perſonis,ideſt, vel Epiſcopo, vel Clericis, ſed datur loco ſacro ob reuerentiam loci conſecrati, vt reſpondit Anchar. conſ. 329. in princ. Vnde cum domus Epiſcopi neq; ipſa ſit ſacra, neque loco ſacro adhęreat, non poteſt gaudere hac immunitate; & in hanc partem inclinare videtur Oldr. d. conſil. 55. in fin. & tantummodo Palatium Epiſcopale exiſtens vltra 40.paſſus ab Eccleſia, haberet hoc priuilegium, ſi in eo eſſet Oratorium, in quo Diuinum celebraretur Sacrificium, quia locus ille eſſet ſacer, & Farinac. d.q. 28.num. 38. ſecundæ impreſsionis protulit hęc verba. Poſthæc impreſſa, peruenit ad manus Decian. qui relatis, & reprobatis contrariis rationibus teſtatur, non ſolum magis practicatam,ſed etiam in puncto iuris veriorem eſſe opinionem,quod ſcilicet,Palatium Epiſcopi non gaudeat immunitate Eccleſię, niſi vel illi cohęreat, vt ſit

intra

intra quadraginta paſſus, vel ſaltem habeat Oratorium, & ſic Farinac. videtur tranſire in opinionem Decian. ideo cauti debent eſſe Epiſcopi ad Oratoria conſtituenda in ædibus Epiſcopalibus, quando diſtant ab Eccleſia, in quibus per ſe ipſos, vel per alios Miſſam faciant, vt hanc immunitatem habeant.

8 Quę immunitas non ſolum competit Palatio Epiſcopali, ſed quod plus eſt, ædibus quoq; Canonicorum, vel Clericorum, dummodo ſint intra fines, vt ſupra, etiam ſi in illis ſtarent laici, cum immunitas iſta detur locis, & non perſonis, quod pluribus confirmat. Decia. d. lib. 6. c. 25. n. 15. & 16. Villagut. d. tit. n. 89.

9 Et poſtquam immunitas iſta datur Eccleſiis propter Deum, multo magis hanc immunitatem conſequi debet qui ad Sacerdotem confugeret Sacram Euchariſtiam in manibus portantem, vt citatis multis, affirmat Clar. d. q. 30. n. 24. & latiſſ. proſequitur Farin. d. q. 28. n. 11.

Sed videndus erit Couar. d. c. 20. n. 6. var. reſolut. lib. 2. vbi de hac opinione dubitat, quia etſi fateatur, maiorem honorem exhibendum fore Euchariſtiæ, quam ipſis Templis, quibus ob ipſam Euchariſtiam plura priuilegia conceduntur, attamen, cum immunitas hęc à Canonibus ſtatuta ſit, & nullibi Euchariſtię hoc ius extra ipſas Eccleſias datum fuiſſe legamus, hinc dubitandũ de iſta frequentiſſima Interpretum ſententia, cui reſiſtit glo. celebris in c. quæſitum. 13. q. 2. Quæ glo. dicit tantum, quod ſuſcipiens corpus Chriſti non liberatur, & ideo præſupponit, quod ſuſcipiens eſſet carceratus, qui, vt modo dicemus, nõ redditur tutus, & cõmunis ſentẽtia loquitur, quando quis exiſtens in libertate, & inſecutus a Birruarijs, confugerit ad Sacerdotem Sacram Euchariſtiam portantem; ideo tenendum erit cum communi, vt dicit Farinac. vbi ſupra.

10 Quęro igitur, ſi captus a Birruariis ducatur ad carceres per Cęmeterium, vel per Ecclefiam, ſi recuſat exire, nunquid extrahi poterit, vel potius erit tutus in ea. Io. Viſch. de immun. eccleſ. n. 52. verſ. Quid ſi aliquis videtur tenere, quod ſit tutus, & etiam Clar. in pract. d. q. 30. verſ. Scias tamen in fi. quod expreſsè firmat Mant. conſ. 60. n. 17. lib. 1. & allegat Rom. & Iaſ. in l. pleriq; ff. de in ius vocan. qui non loquuntur in his terminis, quando captus per tranſitum ducitur, ſed quando quis aufugiens familiam ſe recipit in Eccleſia, qui caſus eſt diuerſus, vt videbimus inferius, Tenendum igitur erit contrarium, vt tenēt Arch. in c. ſicut antiquitus. 17. q. 4. quē ſequitur Old. conſ. 54. nu. 4. ea ratione, quia Eccleſia non recipit eum liberū, ſed captū, & eccleſia tuetur confugientē ad eam, ſed iſte non confugit, ſed ductus eſt, vt dicit Arch. vbi proxime, quod quoque ſentit Lup. in rub. de donat. inter vir. & vx. §. 38. n. 4. & Igne. in l. 1. in prin. n. 5. ff. ad Syllan. Boer. deciſ. 178. n. 13. & d. deciſ. 110. n. 8. pulchrè Franc. Marc. in deciſ. Delphin. deciſ. 989. 1. tom. & Didac. var. reſolut. d. c. 20. n. 13. lib. 2. Gig. de crim. lęſ. Maieſt. q. 10. nu. 30. vbi dicit hanc veriorem, licet viderit ſemel contrarium ſeruari in Ciuitate Venetiarum, quos omnes recenſet Decia. d. c. 28. n. 30. Marſ. in pract. §. vlterius, nu. 4. & in l. vnic. n. 115. C. de rap. virg. vbi pro ratione aſſignat, quod attenditur principium, quando licitum. Boſſ. tit. de captur. n. 22. Gomez. var. reſolut. tom. 3. c. 10. rub. quando reus gaud. immun. eccl. n. 25. Farin. d. q. 28. n. 69. qui de verio ri, & magis recepta ſententia teſtatur.

11 Secus vero erit, ſi carceratus effractis carceribus ad Eccleſiam confugerit, quia in ea tutus erit, vt poſt multos firmat Decia. d. c. 28. n. 28.

12 Et hoc idem erit ſi carceratus blanditiis, & pollicitatio-

tionibus etiam iuratis de redeundo, fuerit emiſſus,nam ſi ad Eccleſiam confugerit,tutus eſſet, ſecundum Decia. d. c.28.num.21.& fuſius,num.33.

13 Et etiam ſi captus è familia ſe exemerit è manibus eius & aufugerit in Eccleſiam, erit tutus,vt declarant Igne.in d.l.1.n.4.ff.ad Syll.& Boer. d. deciſ. 110. relati à Decia. d.c.28.num.32.

Adeoq; hoc verum eſt,quod ſi condemnatus,dum duceretur ad ſupplicium, aufugeret è manibus cuſtodum,& in Eccleſiam confugeret, eſſet & ipſe tutus,ſecundum cõmunem opinionem,de qua Remig.de immun.Eccl.in 30. fallent.& comprobat Dec.vbi ſupra,nu.29.& ſeq.

Necnon delinquens inſecutus a familia Magiſtratus, confugiens ad Eccleſiam erit tutus,ita Rom. Alex.& Iaſ. in l. pleriq; n. 12.& ſeq. ff. de in ius vocan.Remig. de immun.Eccleſ.fallent. 31. in fin.qui de communi teſtatur, & ita in practica obſeruari aſſerit Boſſ. de captur. nu. 22. Clar.d.q.30.n.19.vbi ita ſeruatum fuiſſe per Senatum affirmat Decia.d.c.28.ſub nu. 31. qui Cyn. in Authent. ſi quis ei. C. de adulter. & cæteris contrarium tenentibus reſpondet, & adducit tex.§.illud quæſitum. Inſtit. de re. diuiſ.in quo deciditur,quod ſi fera ab aliquo inuenta, & quod plus eſt,etiam vulnerata,& proſecuta, non per hoc vnquam fiat perſequentis, niſi illa actu capta ſit, & aſſignat rationem tex. Quia multa accidere potuiſſent, per quæ eam capere non potuiſſet. Quinimo ſi in laqueum tuum inciderit,non ob id erit tua.l.naturalem.§.illud, & l.laqueum.ff.de acq.rer.domin.

Sic in propoſito,quamquam familia perſequatur delinquentem,non tamen captus dicitur,cum ingreditur Eccleſiam,& multa accidere potuerunt,per quæ illum non caperent,pro vt re vera, acciderunt,cum non coeperint.

Quid faciendum, delinquente in Eccleſia ſe recepto. Cap. XI.

SVMMARIVM.

1 *Delinquens, ſi in Eccleſiam confugerit, non poteſt etiam in caſibus exceptis extrahi, niſi de mandato Epiſcopi, & cum interuentu perſonæ Eccleſiaſticæ.*

2 *Delinquente capto, ad carceres Curiæ Eccleſiaſticæ reponi debet.*

Nec tradi poteſt Curiæ ſeculari, niſi cognito prius per Epiſcopum, ſeu ab eo deputatum, an confugiens verè crimina excepta commiſſerit.

3 *Epiſcopus non debet ſtare proceſſui* Iudicis *ſeculari ſed ſuper delicto prætenſo probationes recipere.*

4 *Coram Epiſcopo debet plenè conſtare de delicto, vt qui confugit ad* Eccleſiam, *Curiæ ſecularis ſit tradendus, nec ſufficere coniecturas, & præſumptiones, demonſtratur.*

5 *Conſtito Epiſcopo, quod criminoſus ab Eccleſia extractus eſt comprehenſus in caſibus exceptis, & propterea legitime eſt tradendus Curiæ ſeculari, vigore Conſtitutionis non eſt requirenda cautio illa de non imponendo pœnam ſanguinis, ſed abſq; metu irregularitatis, aut alicuius Cenſuræ* Eccleſiaſticæ *incurſu conſignandus eſt.*

6 *Extractus, & legitime conſignatus Curiæ ſeculari vtrum poſſit corporaliter puniri.*

7 *Immunitas iſta adeo eſt ſeruanda, vt nec etiam iudices ſeculares Eccleſiam ipſam, in qua ſe recipit delinquens, cuſtodire, & obſidere poſſint.*

Niſi ad effectum tradendi illos Curiæ Eccleſiaſticæ, quæ poſtea declaret, an gaudere debeant, nec ne, immunitate.

VIDIMVS

1 VIDIMVS hucuſq;de caſibus exceptis,& de locis quibus immunitas noſtra eſt conceſſa,& de perſonis confugientibus ad illa loca, modo nonnulla tractanda erunt, quid faciendum, poſtquam delinquens in Eccleſia ſe receperit, & Sanctiſſimus decreuit.

Vt Curia ſecularis,eiuſq;iudices, & officiales ab Eccleſiis,Monaſterijs,lociſq; ſacris prędictis laicum aliquem, vt pręfertur,delinquentem,in nullo ex caſibus ſupradictis extrahant,ſine expreſſa licentia Epiſcopi,vel eius officialis, & cum interuentu perſonę Eccleſiaſticę ab eo auctoritatem habentis,ad quos ſolos,& non alios Epiſcopis inferiores,etiam ſi alias Ordinarij ſint,aut nullius dioeceſis aut conſeruatores ab hac Sede ſpecialiter,vel generaliter deputati, prędictam licentiam dandi facultas pertineat. Occurrente autem caſu in loco exempto, & nullius dioeceſis, tunc ad Epiſcopum viciniorem deuoluatur hęc cognitio,& non ad alios.

Ex quibus apertè habemus, quid agendum delinquente ad Eccleſiam confugiente,& ideo tolluntur, quæ alias ſolebant adducere ſeculares iudices,quod quando eſt notorium,delinquentem,qui in Eccleſia ſe recepit,non debere illius immunitate gaudere,eo quia delictum ab eo perpetratum eſt de exceptis, quapropter autumabant poſſe propria auctoritate iudices ſeculares extrahere, Et pro fundamento eorũ intentionis afferebãt, quod delinquens eſſet laicus, & conſequenter ſubditus laicalis iuriſdictionis,;& cum à Canonibus, & Pontificijs ſanctionibus Eccleſiaſticæ tuitionis ſit deſtitutus ob delictum commiſſum,illum extrahendo non fit iniuria Eccleſię, poſtquam ſecularis iudex ſuam iuriſdictionem exercet erga ſuum ſubditum delinquentem; & Eccleſiaſticus iudex nullam vnquam habuit iuriſdictionem in eum, nec ratione per-

ſonę delinquentis,cum ſit laicus,nec ratione commiſſi delicti, cum extra Eccleſiam; & ſic in territorio laicali, nec ratione ipſiuſmet delicti, cum ſit purè ſeculare; Nec dicatur, quod ratione Eccleſiæ,in qua capitur, ſit ipſe Eccleſiaſticæ iuriſdictioni ſubiectus,nam ſi Eccleſiaſticamet iura illum ſua protectione priuant, non poteſt aliquo pacto conſiderari,quod ſit ſub poteſtate Eccleſiæ,cui extrahendo,non fit iniuria,quæ volenti non irrogatur. Quia hæc omnia remouentur per Conſtitutionem noſtram, quæ latiſſimè omnibus præfatis occurrit, ibi. (Vt Curia ſecularis, eiuſque iudices, & officiales ab Eccleſijs, Monaſteriis,locis ſacris prædictis laicum aliquem,) & ſic ratione perſonæ laicalis iuriſdictionis, in nullo ex caſibus ſupradictis,& ſic ob delictum merè ſeculare, priuatum protectione Eccleſiæ.

Et tamen vult Sanctiſſimus,quod abſque licentia Epiſcopi, & interuentu perſonæ Eccleſiaſticæ non extrahatur;& propterea iudices laicis a ſe ipſis extrahere non poſſunt; qua de re non curandum,quid alias dixerint in hoc articulo Scribentes,cum ſtante Conſtitutione iſta, eam debeamus attendere, & ſuperfluum eſſet quærere de dictis gloſ.& Doct. ita glo. in l. ſed licet.ff.de off.præſ.ſic vnico verbo abſoluit conſilium Bald.conſ.440.lib.1.cum iam non ſit quæſtio,quia eſt caſus legis.Bald.inc.vnic.§. 2.quia vidimus,ſub n.1.de his,qui feud.dar.poſſ.Et vana reputatur dubitatio, in qua ſit caſus legis, & ei non eſt locus.l.Domitius Labeo.ff.de teſt.l.ancillæ.C.de furt.

Et poſtquam habemus determinationem Pontificiam, non debemus vlterius inueſtigare rationem. Bald. in l. Gallus. §. ſi eius, numero primo, in fin. ff. de liber. & poſth.Dec.conſil.553. numero ſeptimo. Pariſ. conſil. vigeſimotertio numero 12. libro ſecundo, & in puncto

Con-

Digitized by Google

Conſtitutionis Apoſtolicæ.Corn.conſil.99.nu.2.& conſil.121.nu.5.in fin.lib.4.& ſi Iaſ. ſtare velimus in princ.l. Gallus.primæ lect.ſub nu.58.ff.de liber.& poſth.eſſet peccatum in Spiritum ſanctum ire contra tex. Conſtitutionis noſtræ.

2 Quo capto,ſubiungit Summ.Pont.Quod delinquentes laici prædicti,poſtquam,vt præfertur,ab Eccleſijs, locisvè ſacris, extracti, & capti fuerint,ad carceres Curiæ Eccleſiaſticæ reponi, & inibi ſub tuto, & firmo carcere,ac opportuna cuſtodia data illis,ſi opus fuerit,per Curiam ſecularem, detineri debeant, nec inde extrahi, Curiæque ſeculari prædictæ conſignari, nec tradi poſſint, niſi cognito prius per Epiſcopum,ſeù ab eo deputatum, an ipſi verè crimina ſuperius expreſſa commiſſerint, tuncque demum de mandato Epiſcopi per iudicem Eccleſiaſticum Curiæ ſeculari, quacumque appellatione poſita, conſignentur.

Et licet verba Conſtitutionis ſint clara,tamen de duobus adhuc dubitari poſſet.

Primò, nunquid Epiſcopus, cui vigore iſtius Gregorianæ commiſſa eſt cognitio,ſuper remiſsione delinquentium ad Curiam ſecularem debeat etiam ad effectum præmiſſum recipere probationes ſuper prætenſo delicto; an verò teneatur ſtare proceſſui fabricato per ipſam ſecularem Curiam.

Secundò, an ſufficiat de delicto conſtare per inditia, & præſumptiones, an vero debeat id per concludentes probationes apparere. Reperio quod de iſtis duobus quaeſitis tempore Sanctiſs. Clem. VIII. in vna Panormitana immunitatis Eccleſiae fuit dubitatum,& Farinac.d.conſ. 76. reſpondit. Quod Archiepiſcopus Panormitanus debet ſuper delicto praetēſo probationes admittere, nec ſeculari

Digitized by Google

culari iudicis proceſſui vllo pacto ſtare. Quia regulare eſt, quod iudex Eccleſiaſticus non tenetur ſtare proceſſui facto per iudicem ſecularem, Grammat. conſ. 42. num. 1. Clar. in pract. §. fin. q. 36. num. 49. & citat Dec. in c. at ſi Clerici. de iudic. atteſtantem de communi Viui. comm. opin. in ver. Iudex laicus. Quib. addo Ruin. conſ. 7. nu. 6. lib. 5. qui dicit, quod nedum nõ tenetur iudex Eccleſiaſticus ſtare proceſſui facto à iudice ſeculari, ſed, vt poſſit inquirere, opus eſt nouo proceſſu; & non debet ex proceſſu fabricato à laico formare inquiſitionẽ, & atteſtatur de communi, prout eũ refert Baiard. ad Clar. d. q. 36. nu. 53.

Et ſi iudex ſecularis proceſſum ſibi ab Epiſcopo tranſmiſſum, & iuſſum exequi, reuidere, & examinare poteſt, per doctrinam Bar. in l. Diuus nu. 3. & in l. non dubium, ff. de cuſt. reor. Bal. conſ. 260. num. 2. lib. 3. Io. de Selu. poſt alios. de iuram. cal. 15. q. 5. ad fin. ibi. limitatur 4. nu. 4. Felin. in c. cum ſit. nu. 8. de for. compet. & in c. at ſi Clerici. de iudic. Aufr. de poteſt. ſecular. ſup. Eccleſ. perſo. in 4. reg. nu. 8. Io. Bernard. in pract. c. 141. n. 3. Boſſ. tit. de for. compet. nu. 162. Marſ. ſing. 138. Rebuff. in concord. de publ. concub. in gloſſ. fin. ibi (quod hodie remiſſus.)

Quod intelligendum erit, dummodo cauſa nõ eſſet merè Eccleſiaſtica, quia tunc laicus iudex non poſſet reuidere, ſed teneretur ſtare proceſſui ab Eccleſiaſtico fabricato, c. vt inquiſitionis, §. prohibemus. vbi Doct. de hæret. in 6. Panorm. in c. 1. nu. 11. & 12. de off. iud. ordin. Bar. in l. magiſtratibus. in fin. ff. de iur. om. iudic. Gondiſſa. de hæret. q. 16. nu. 6.

Tanto magis iudex Eccleſiaſticus non debet ſtare proceſſui facto à iudice ſeculari, maximè in caſu iſto, in quo iudex ſecularis contendit de ſua iuriſdictione, & ſic eo magis reputatur incompetens reſpectu propriæ cauſæ, &

proprii

Digitized by Google

proprii intereſſe, l.1.C. ne quis in ſua cauſ. l.nulli, C.de iudic. Proceſſus autem factus à iudice incompetenti nullam fidem facere poteſt, l. fin. & per tot. C.ſi à non compet. iud.ita Farinac.d.conſ.76.num.1.

Rurſus conſiderat Farinac. d. loco, cum cognitio iſtius articuli per dictam Bullam ſpecialiter demandetur Ordinario,vt putet in illis verbis. (Niſi cognito prius per Epiſcopum, ſeu ab eo deputatum.) Et cui delegatur cognitio alicuius articuli,vel cauſę,etiam cenſetur delegata poteſtas ſumendi probationes ſuper illo articulo, & cauſa. l.vbi.& ibi gloſ.in ver.relationis.& Iacob.Butrig. C.de falſ.Ac etiam delegatus à Principe ad cognitionem cauſæ non ſolum cenſetur delegatus ad receptionem probationum, ſed etiam ad eiuſdem cauſæ diffinitionem, Menoch.de abitr.q.37.nu.13.& ſeq.& num.37.

Ideo tenetur,& debet Epiſcopus de delicto impicto ei, qui ad Eccleſiam confugit, cognoſcere, & non ſtare ſimpliciter proceſſui exhibito per Curiam ſecularem. Quod apertè mandat Bulla,dum dicit Nec conſignari, aut tradi poſſit, niſi cognito prius per Epiſcopum, ſeu ab eo deputatum,an ipſi vere crimina ſuperius expreſſa cōmiſerint, quod in reſponſione alterius quaeſiti planius efficietur.

4 Secundo quaeſito, an debeat de delicto plene conſtare,& non per inditia,& praeſumptiones reſpondit Farinac. d. conſ. 76.nu. 3.non poſſe Epiſcopum praetenſos delinquentes Curię ſeculari conſignare, niſi prius ſibi conſtito de delicto plene, certe, & concludenter, ad quod dicendum quattuor vtitur mediis,quae referre volui, quia eius conſilia, cum nuperrime in lucem exierint, non ſunt adhuc omnibus praemanibus.

Primò etenim dicit. Quod capti in Eccleſia habent regulã immunitatis Eccleſiaſticae pro ſe c.inter alia.c.pen.

&

& fin. de immun. Eccleſ. c. ſicut antiquitus 17. q. 4. Qui verò habet pro ſe regulam, dicitur etiam pro ſe habere iuris pręſumptionem. l. ab ea parte. ff. de probat. gloſ. in rub. de reg. iur. in 6. ver. & dicitur regula. Alcia. de pręſump. reg. 1. præſump. 28. nu. 6. Ergo qui dicit caſum non comprehenſum in regula immunitatis Eccleſiaſticæ, cum aſſertionem faciat contra iuris præſumptionem, eam debet concludentiſſimè, & euidentiſſimè probare. l. fin. in fin. prin. & ibi omnes, ff. quod met. cauſ. Abb. in c. quia veriſimile in 2. not. de præſump. Aym. de ant. temp. part. 2. ſectione ex præmiſſis. nu. 46. & ſeq.

Secundò, quia qualitas tribuens iuriſdictionem, non pręſumptiuè, & per indicia, ſed concludenter probari debet. l. 2. §. ſed ſi dubitetur, ff. de iudic. Paris de Put. de ſynd. in ver. Iudex. c. 2. nu. 13. Beninten. deciſ. 18. num. 3. Andr. Gayl. de pac. publ. c. 13. num. 12. & ſeq. lib. 1.

Ergo dum pro Curia ſeculari inſtatur, carceratum ſibi conſignari, tanquam ſubditum ſuæ iuriſdictioni, propter qualitatem commiſsi delicti debet ipſum delictum, & qualitatem plene probare.

Tertiò. Quando lex probationem requirit, intelligi debet de probatione plena, & vera, & non autem de pręſumptiua. patet, quia quando eadem lex voluit eſſe contenta argumentis, & præſumptionib. id expreſsè dixit, vt in l. nō omnes. §. à barbaris. ibi. Argumentis tamen cognoſcendum eſt. ff. de re milit. in c. pro humani. ibi. Et poſtquam probabilibus conſtiterit argumentis. de homicid. in 6. & alibi ſępiſsimè. Verum Bulla Gregorij non ſolum non expreſsit hoc, ſed imò expreſsè voluit, quod verè conſtet Ordinario crimen tale commiſſum, propter quod immunitas Eccleſiaſtica non habet locum, vt patet in illis verbis (An ipſi verè crimina ſuperius expreſſa commiſerint)

tint)ideo ſubintrat doctrinam Innoc. c.cum cauſam. col. 2.verſ. illud autem de iuram.calum. vbi dixit, quod vera eſſe dicimus ea, quæ vel propriis oculis inſpicimus, vel alias indubitanter nouimus, ergo non ea quæ tantum pręſumptiue credere poſſumus.

Quarto, noſtra Conſtitutio non ſolum ſpecialiter, ſed per modum conditionis voluit prius conſtare de veritate criminum commiſſorum, antequam criminoſi curiæ ſeculari tradantur, vt patet in illis verbis (Conſtito prius per Epiſcopum, vt ipſi verè crimina ſuperius expreſſa commiſerint) ideo talis probatio non ſufficit pręſumptiua, ſed debet eſſe plena, & concludens. l. Lucius, & ibi Bar. ff. de cond. & demonſtrat. Natt. conſ. 29. n. 3. & conſ. 202. n. 8. & ſeq. lib. 1. Pariſ. conſ. 104. n. 9. & ſeq. lib. 4.

Quinto ad confirmationem ſcriptorum à Farinac. ego addi poſſe putarem. Quod vera, & propria illa probatio dicatur, quæ plena dignoſcitur, nec alterius adminiculo, vel patrocinio indiget ita Bal. in c. 1. §. ſacramentum. colum. 1. de ſucceſſ. rect. feud. & in c. 1. in princ. ſi de inueſt. int. Dom. & vaſſall. hinc fit, vt appellatione veræ probationis non ſemiplena probatio contineatur. d. l. Lucius, ff. de cond. & demonſtrat. gloſſ. in c. ſtatum. de reſcript. in 6. in Clemen. conſtituimus. de elect. vnde Roman. ſcripſit in l. 1. C. de teſta. milit. probationem per præſumptiones, & coniecturas non poſſe dici veram, & propriam probationem; ad hoc probandum adducit. l. 1. in ver. propriè. ff. ſi. tab. teſt. exta. ſed melius ad hoc facit d. l. Lucius. & quod ibi notant Bar. & Imo. & Roman. ſententiam ſecutus fuit Ruin. conſ. 128. num. 2. lib. 4. Natt. d. conſil. 29. num. 3. & conſ. 581. num. 9.

Cumq; Conſtitutio iſta requirat, quod vere conſtet Epiſcopo, ideo non ſufficere præſũptiones. Quia quando ſtatu-

Digitized by Google

ſtatutum requirit probationes in aliquo actu, non ſufficit præſumptiua probatio, niſi eſſet præſumptio iuris, vt reſpondit Natt. vbi ſupra nu. 17. & citatis ſupradictis latè comprobat Maſcard.de probat.q.4.n. 12.& ſeq. part. 1. & Pacian.tract.cui incumb.on.prob.c.12.n.11.par. 1.

Nec non facere poſſunt, quæ annotauit Lap.alleg. 53. n.2.dum dicit, quod ille, qui vult me repellere virtute exceptionis, habet hoc probare, & debet eſſe probatio certa, & non dubia, quia non releuat, cum probatio debeat de neceſſe concludere, c.in præſentia.de probat.

Si modo coram Epiſcopo, ſecularis curia vellet virtute exceptionis excludere confugientem ad Eccleſiam ab illius immunitate, excipiendo qnod delictum eſt de exceptis à Sanctiſſimo; certe ſuā exceptionē debet plene, & non præſumptiue probare. Concludamus igitur quod coram Epiſcopo debet doceri plene de imputato delicto.

5 Sed conſtito Epiſcopo, quod criminoſus ab Eccleſia extractus eſt comprehenſus in caſibus exceptis, vnde legitime tradendus eſt curiæ ſeculari, vigore Conſtitutionis noſtræ, non eſt requirenda promiſſio, ſeu cautio illa, de qua in c.id conſtituimus, & c.reum. 17.q.4. & notant omnes in d. c. inter alia. de immun. eccl. ſcilicet, quod iudex ſecularis teneatur iurare de non infligenda poena ſanguinis, & ſi dubium eſſet, quod non ſeruaret promiſſa, etiam cum iuramento vallata, maior cautio eſſet requirenda, ſecundum Innocen.& alios in d. c.inter alia. Quia tradendo Epiſcopus delinquentem ſimpliciter, videretur ipſe eſſe author illius poenæ ſanguinis; quod abhorrent iura Canonica.c.1.ne Cler. vel Monach. Nā Sum.Pont.in iſta Conſtitutione ſanciuit, abſq; irregularitatis nota, aut alterius Cenſurę eccleſiaſticę incurſu, tradi, & conſignari poſſe, immo mandat Epiſcopis, vt curent, & faciant tradi,

Digitized by Google

di, & conſignari: Et propterea eſſet ſuperflua in præſentiarum dicta promiſſio, & cautio, quam nihilominus de conſuetudine iudices laici non ſeruabant, vt inquit Rebuff in d.c. inter alia. quem refert Dec.d.c.29.ſub n. 6.& voluit Far.d.q 28.n.77.& Baiard.ad Clar.d.q.30. n.25.

6 Imò extracto delinquente ab Eccleſia, & conſignato Curiæ ſeculari, etſi Oldr.conſ.154.in fin.& Abb.in d.c.inter alia.num.8.velint, non ſolum non poſſe poena capitali, ſed nec corporali puniri, ſed tantummodo poena pecuniaria. vnde Boſſ.tit.de captu.ſub nu.24.admonet, quod, quando delictum eſt graue;& de iure poenam corporalem requirens, magis conuenit, vt iudex ſecularis eum dimittat, & contra eum abſentem procedat ad condemnationem in condignam delicti poenam, potius quam hoc modo leuiter, & pecuniariter punire,& quod ita aliàs in Senatu Mediolani factum fuit.

Verum, cum contrarium de ſtilo Franciæ ſeruari teſtetur Boer.deciſ.109.in fin.& de mente Remig.quem allegat, comprobet Clar. d. q.30.ſub nu.1.& n.23.ideo Decian.d.c.29.ſub.nu.6.diſtinxit. Aut eſt tale delictum, pro quo de iure Canonico, vel ciuili expreſsè cautũ ſit, quod non gaudeat immunitate,& poterit proculdubio condemnari, etiam poena ſanguinis; quia conſtat, quod nulla ſit iniuria Eccleſiæ, ſtante lege expreſſa. Aut per interprætationem à ſimili volumus dicere immunitatem non competere, ſed tamen iudex Eccleſiaſticus illum tradit iudici ſeculari,& tunc non eſt tradendus, niſi habita fide de non puniendo pæna ſanguinis, vt i diximus, ſed hæc diſtinctio, ſtante Bulla non intrat, quia, niſi in caſibus expreſsis ab ea eſt tradendus delinquens curię ſeculari, & propterea in caſu traditionis poterit corporaliter puniri, & hoc ſentit Farinac.d.q. 28. nu.77.

7 Ita,

7 Ita, & taliter immunitas iſta eſt ſeruanda, vt nec etiam poſsint iudices ſeculares Eccleſiam ipſam, in qua ſe recepit delinquens, cuſtodire, & poſitis cuſtodibus obſideri facere, & prohibere, ne ad eum alimenta deferri poſsint, vt de communi atteſtando ſcribit Couar. var. reſolut. lib. 2. c. 20. ſub num. 17. & ita in dominio Mediolanen. ſeruatur, teſte Clar. d. q. 30. num. 21. Nam aliter immunitas iſta ſeruiret deuento. Paria etenim ſunt, quod quis extrahat, vel quod obſideat confugientem in ipſam Eccleſiam, & ei prohibeat præſtare alimenta; vt tenet Abb. poſt Hoſtien. in d. c. inter alia, & Io. de Viſch. de immun. Eccleſ. nu. 72. Farinac. d. q. 28. n. 9. poſt Gomez. quem citat, & Decian. c. 27. n. 6. vbi dicit, quod ideo non poterit impediri, quin exeat ad exonerandum corpus, vt per omnes in c. diffiniuit. 17. q. 4. dummodo ſtatim redeat.

Et tantum poſſent cuſtodiri ad effectum tradendi illos Curiæ Eccleſiaſticæ, quæ poſtea declarabit, an gaudere debeant, nec ne, vt mandat Sum. Pont. & annuere videtur Farinac. d. q. 28. nu. 9. in fin.

De Clerico delinquente, an in Eccleſia ſit tutus. Cap. XII.

SVMMARIVM.

1 *Panorm. opinio refertur, qui voluit Clericos delinquentes extrahi poſſe de Eccleſia.*

2 *Cõtra Abbat. tenuere Zab. & Roman. quod Clerici, ſicut laici, gaudent hac immunitate, eorũq; fundamenta narrãtur.*

3 *Concluditur contra Abbat. & Roman. ſententiam veriorẽ de iure oſtenditur.*

4 *Diſtinctio Decian. de Clercio confugiente ad Eccleſiam comprobatur.*

1 Vſq;

1 VSq; adhuc locuti ſumus de laicis ad Eccleſias confugientibus, de quibus tantum videtur ſentire Bulla. Quid erit dicendum de Clericis delinquentibus, qui poſt delicta ſe in Eccleſiã receperint, nunquid ipſi ſint tuti, ne è iudice Eccleſiaſtico extrahi poſſint? & Panor. in c. inter alia. n. 13. de immun. Eccl. expreſsè tenet, quod extrahi poſſint, & mouetur.

Primo per glo. quam dicit hoc apertè ſentire in c. nullus Clericorum 17. q. 4.

Secundo, quia leges ciuiles loquuntur tantum de laicis ne extrahantur ab Eccleſia, nam de Clericis ſtatuere non poſſunt. Canonica vero iura, licet non diſtinguant inter Clericos, & laicos, tamen videntur, & ipſa reſpexiſſe tantum laicos, non Clericos; nam omnia iura Canonica videntur loqui, quod Eccleſiaſtici iudices debent impetrare a ſecularibus, ne ipſos condemnent morti; non enim dicunt quod debeant indulgere; quod feciſſent, ſi loquerentur de Clericis, quorum punitio ſpectat ad ipſos. c. cum ab Eccleſiarum Prælatis. de off. Ordin. idem videtur velle c. reum & c. id coſtituimus 17. q. 4. cum ſimilib.

Tertio mouetur Panor. Quia Epiſcopi, Clericos, & Abbates religioſos caſtigant, verberant, & puniunt in Eccleſiis, & Monaſteriis, vt habetur in c. vniuerſitatis. de ſent. excomm. & in c. fin. de regular. & de Epiſcopo condemnante in Eccleſia, & tenente carceres in ſuo Palatio, traditur in c. præceptum. 2. q. 2. & c. qua fronte. de appellat. Ergo ſi in Eccleſiis caſtigant, poſſunt conſequenter ex illis extrahere ad caſtigandum.

Quarto conſiderat. Quod ſi verum eſſet, quod Clericus gauderet hac immunitate, hoc tenderet non ad decorem, ſed ad maximum dedecus Eccleſiæ, cum videretur velle defendere facinora Clericorum, qui debent eſſe ſancti,

& in ſuis actibus relucere.c.oportet Sacerdotes.81.diſt. qui ſi non poſſent in corpore puniri, non poſſent etiam in bonis,ſi nulla ſorte haberent, & ſic remaneret impunitum ſcelus Clericorum.

Quinto ad eius opinionem comprobandam adducit Panor.Clem.1.de priuil.in ver. ſi qui vero contra promiſſa, & c.non ſolum.de reg.iur.in 6.vbi religioſi delinquentes in religione mandantur ſubijci grauibus poenis.

Sexto, & vltimo dicebat Abb. quod cum Clerici frequenter delinquant in Eccleſia,& ſic religioſi,vel ſaltem intra fines ipſius Eccleſiæ, ſequeretur, quod de his delictis non poſſent puniri,ſi non poſſent ab Eccleſijs extrahi contra.c.2. & c.cum illorum. de ſent. excomm. & hanc ſuam opinionem putat veriſſimam; relinquit tamen conſuetudini,quæ in hoc multum debet attendi.

2 Sed contra Abb.ſentire videtur Zab.in eo.c.inter alia. q.6.poſt Innocen. & expreſsè tenet Roman. conſil. 234. Quod iudex Eccleſiaſticus non poterit capere Clericum confugientem ad Eccleſiam, & opinionem ſuam fundauit.

Primo,per omnes leges,& Canones,ex quibus immunitas Eccleſijs conceditur,quæ generaliter loquuntur, & indefinitè confugientem ad Eccleſiam tutum eſſe volunt, neq;diſtinguunt Clericum a laico,ergo generaliter intelligendæ vulg.l.de prætio.ff.de publicia.

Secũdo.Quia maior eſt ratio in Clerico ne extrahatur, quã in laico,quia Eccleſia eſt propria domus Clerici,ergo ab ea non debet inuitus extrahi,l.pleriq; ff.de in ius voc.

Tertio, quia tale priuilegium immunitatis conceſſum eſt loco,vt ſæpè dictum fuit, & tradit Bologni. de indulg. col.3.verſ.hoc etiam probatur,& ante eum voluit Bal. in c.1.col.3.verſ.& ſi priuilegium conceſſum eſt Clerico.

de

de reſcrip. Vnde conſuluit Roman. conſ. 180. in princ. Quod priuilegium conceſſum patriæ comprehēdit etiam Clericos, ergo debet eſſe generale omnibus in eodem loco exiſtentibus, cuiuſcumq; ſint conditionis; quia talis eſt natura priuilegij conceſſi loco, vt notatur in l. vlt. ff. de teſta. milit. & tradit Bart. in l. fin. C. de teſta. & in l. 1. C. de ſumm. Trin. & Bal. in l. ſi non ſpeciali C. de teſtam.

Et propterea Clerici hoc priuilegio vti debēt, maximè cum hęc immunitas data ſit ob reuerentiam, quæ præſtanda eſt locis ſacris, c. frater, & c. minor. 17. q. 4. d. c. inter alia, & c. fin. de immun. eccl. quæ ratio militat tam in Clericis, & multo magis, quam in ſecularibus, ergo idem ius ſeruandum Clericis, quam laicis.

Quartò pro opinione Roman. contra Abb. adducitur tex. c. nullus Clericorum. 17. q. 4. in quo cauetur. Quod nullus Clericorum ſeruum ſuum, vel diſcipulum fugientē ad Eccleſiam extrahere audeat, vel flagellare prę́ſumat: Si ergo non licet Clerico ſeruum proprium, in quo habet ius vitæ, & necis. l. 1. C. de emend. ſeruo. extrahere. Et minus licet extrahere diſcipulum flagellationes tantum timentem, neq; etiam diſciplinæ gratia, & iſte diſcipulus potuit eſſe tam laicus, quam Glericus, quanto ergo minus licebit Clericum delinquentem extrahere?

Quinto facit pro hac parte. Si lex Canonica in alios hoc ſtatuit, debet etiam in ſuis hoc idem pati, iuxta dictum illud. Patere legem, quam tu ipſe tuleris, .c. cum omnes. de conſtit.

Sextò, & vltimò. Durum admodum videtur illis, qui contrarium tuentur, quod cum Eccleſia multò magis teneatur protegere ſuos Clericos ſibi ſubditos, quam alienos, quod velit, priuilegium datum laicis auferre Clericis, argumento, c. 1. de nat. ex lib. ventr.

3 Quid tenendum? Opinionem Roman. veriorem, & ſequendam eſſe affirmat Zab. in Clem. 1. n. 9. in 6. q. de pænit. & remiſſ. Io. de Viſch. de immun. Eccleſ. in 2. 3. & an tepen. col. ſecundæ concluſ. hanc partem tenet Bernard. Diaz. in pract. c. 115. Didac. var. reſolut. lib. 2. c. vlt. nu. 16. adden. ad Ang. de Malef. in ver. fama publica. n. 59. littera. A. Monticell. in pract. crim. reg. 2. n. 18. & iſtam opinionem contra Abb. veriorem de iure dicit Clar. d. q. 30. verſ. Vlterius quæro. Mandoſ. in addit. d. conſ 234. Rom. Farin. d. q. 28. n. 7. in fi. Dec. qui veriorem dicit, & reſpondet fundamẽtis Panor. c. 26. n. 1. vbi cõcludit diſtinguẽdo.

4 Quod, aut Clericus venit in Eccleſiam, vel Monaſterium, vel Palatium Epiſcopale exiſtens intra 30. vel 40. paſſus, & ſic in loco ſacro, volens, & ex alia cauſa, quam, vt gaudeat immunitate, & tunc putat, quod poſſit carcerari, & puniri, & ideo extrahi etiam ab Eccleſia. Aut vero hac præciſa intentione confugit ad Eccleſiam, vt gauderet immunitate, & eo caſu putat quod erit tutus; leges enim, & Canones concedentes hanc immunitatem, hoc præcipuè prætendunt, ne quis fide, quam in veneratione Eccleſiæ, & locorum ſacrorum habet, defraudetur, & ita iudicandum eſſe affirmat. Quamquam cum Panorm. concurrat, quod conſuetudo ſeruanda ſit.

Bene verum eſt, quod Clericus, ſi perpetraſſet delictum aliquod de exceptis, non eſſet melioris conditionis laici, & abſq. dubio poſſet extrahi.

De debitore confugiente ad Eccleſiam, numquid inſtantibus creditoribus, ſit extrahendus? Cap. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Debitor pro ciuili debito ſe recipiens in Eccleſiam eſt tutus;*

Stante

Stante ſtatuto, quod debitores pro debito perſonaliter capiantur, nunquid ſint tuti in Eccleſia, & contra Oldr. concluditur, quod ſit tutus.

Ampliatur procedere etiam in debito publico.

3 *Debitor ſuſpectus de fuga an extrahi poſſit ab Eccleſia?*

4 *Decoctores, et falliti, quãdo in Eccleſia ſint tuti, demõſtratur.*

1 POſtquam compertum eſt, quod delinquentes, exceptis aliquibus caſibus, non poſſunt ab Eccleſijs extrahi, poſſet adhuc aliqua hæſitatio remanere circa debitores, qui ære alieno onuſti ad Eccleſiam cõfugerint, ſi immun. iſtam habere debeant.

In quo articulo cõiter concluditur affirmatiuè, verum quia Scribentes ſatis cõfusè loquũtur, vidẽdus erit Farin. de carc.& carcer. d. q. 28. n. 30. & ſeq. qui diſtinguit nonnullos caſus, & dicit, quod ſi Eccleſia eſt tutũ refugiũ delinquẽtib. ad eam cõfugiẽtib. multo magis tueri debet debitorẽ ex cauſa ciuili, qui captus in Eccleſia pro ciuili debito eſt male captus, & debẽt relaxari ſecundũ Marſ. in l. vn. n. 111. C. de rap. virg. vbi teſtatur, ita ſeruari de conſuetudine, & ſequitur Boſſ. tit. de capt. n. 26. dicens, quod ita tenẽt cõiter Doct. iu l. pleriq; ff. de in ius voc. & hoc attenta iuris communis diſpoſitione, non habet difficultatem.

2 Sed difficultas eſt, vbi viget ſtatutũ, quod debitores pro debito perſonaliter capiantur, quo in caſu conſuluit Old. cõſ. 54. & reſpondit. Cũ perſona virtute iuris municipalis ſit effecta, & quodãmodo conditionata ad ſeruiẽdũ, pręſtita ſecuritate, debet extrahi, ne creditor, qui quodammodo eſt dominus, eius ſeruo defraudetur, & hoc bene probatur ſecundum Old. in l. præſenti, §. ſanè. C. de ijs, qui ad Eccl. confug vbi ſeruus, vel aſcriptitius, vel alterius conditionis ſuppoſitus, præſtita ſecuritate, extrahitur.

Et princeps qui immunitatem conceſſit Eccleſiæ,licet pęnam, quæ ius publicum reſpicit, vel quæ ſibi erat præſtanda,& applicanda,potuerit remittere ius partis,tamen nõ remiſit,argumento eorum,quæ notantur in l.1.C.de in ius vocand.in l.1.ff.de ſer.fugit.& in c.raptoribus.36.q.1.

Facit ẽt ſecundum Old.Quia Eccleſia ſolum liberat cõ fugientem ad eam à poena corporali,vt in c.inter alia. de immun. eccl.c.diffiniuit.17.q.4. & c. item conſtituimus. & c.reũ.ea.cauſ.& q.non tamen tollit, quin alia poena puniatur,& propterea reſpondit Oldr. quod debitor, qui vigore ſtatuti poteſt carcerari,non erit tutus in Eccleſia.

Nimis tamen rigida viſa fuit Old.opinio,quapropter in practica non fuit recepta, & certè cum omnis delinquens pro quocunq; crimine etiam graui tutus ſit in Eccleſia,& in ea capi non poſſit, præterquam in exceptis, multo minus poterit capi debitor,& in ea tutus erit;eſſet enim ridiculum dicere, quod delinquens in Eccleſia capi non poſſet,debitor autem ſic,vt ponderat Farinac. d. q.28.n.30. in fin.& Oldr.fundamentis reſpondit Couar.d.c.20.n.14. var.reſolut.lib.2.Nam,& ſi ſeruus ab Eccleſia extrahatur & debitor quodammodo ſit ſeruus creditoris,non per hoc eſt proprie,& verè ſeruus,& adducta ab Old.procederent in vero ſeruo, & in iuræ veræ ſeruitutis.

Et minus eſt verum,quod Eccleſia tantummodo intendat ſeruare vitam,& membra confugientib. ad ſe,quia in caſibus non exceptis nullo pacto permittit extrahi, & ſic omnino illos ſeruat incolumes ab omni pæna,vti diximus ideo debitor erit tutus in Eccleſia, non obſtante dicto ſtatuto; Quod ampliatur procedere, etiam ſi debitum eſſet publicum,ſic Cap.Tholoſ.deciſ.422. Silueſt.in ſum. ver. immunitas.3.n.4.Couar.d.n.14.& citatis his Farin. d.q. 28.n.31.& Decian.d.c.28.n.26.& 27.

Et

Digitized by Google

3 Et prædicta non ſolum vendicant ſibi locum in debitoribus ſupradictis, ſed etiam in debitore ſuſpecto de fuga, Quamquam Iaſ. in l. vinum. num. 5. ff. ſi cert. pet. teneat contrarium, arguendo de tempore ad locum, & dicit, quod debitor ſuſpectus de fuga capi poteſt etiam die feriato in honorem Dei, per gloſſ. quam ſingularem appellat, & approbatam in l. dies feſtos. in gloſſ. 2. vbi Bart. & alij notabiliter ſequuntur. C. de feri. & vltra citatos a Iaſ. quod debitor ſuſpectus de fuga capi poſſit die feriato, ſentit Alex. conſil. 159. ſub nu. 7. lib. 2. Marant. in pract. par. 4. 16. diſt. nu. 92. Curt. ſen. de ſequeſtr. q. 10. num. 47. Didac. var. reſolut. lib. 2. c. 20. n. 14. Iaſ. ipſe in prin. Inſti. de act. nu. 77. & in l. de pupillo. §. ſi quis riuos. in princ. ff. de no. op. nunc. & iſtam glo. ampliat Bal. in c. fin. in fi. de feri. ne dum ſi ſint feriæ ſolemnes, ſed etiam ſolemniores, & ſolemniſſimæ, vt in die Natiuitatis, vel Paſchatis, ſequitur Ant. Couus inter conſ. Bart. Soc. conſ. 101. circa prin. lib. 4. & Iaſ. in d. l. vinum.

Vbi pariter dicit, Quod ſicuti debitor ſuſpectus de fuga capi poteſt tempore feriato in honorem Dei, ita etiam poteſt capi in loco ſacro ad honorem Dei, & hoc probare nititur. Quia non solū iudex laicus, ſed etiam creditor laicus poteſt propria auctoritate capere Clericum debitorem, qui ſit fugitiuus, vel præparet ſe ad fugam, vt poſtea cõſignet iudici Eccleſiaſtico, per doctrinam Io. And. in c. nullus. de pigno. Et hoc expreſsè decidere affirmat Canon. in c. cum non ab homine, de iudic. vbi Bal. Card. Flor. & Abb. idem Bal. in c. dilectus, de appell. & vltra Iaſ. & citatos ab eo hoc tenet Fel. in d. c. cum non ab homine, n. 4. qui dicit communem opinionem Card. Alban. conſ. 13. n. 5. Seuerin. de deb. ſuſpect. & fugit. in 5. q. n. 18. & 19.

Nec ſufficere dicere, quod diuerſa ſit ratio in tempo-

re,& loco.Nam Maieſtas Dei ita videtur offendi, quando caperetur tempore ſacratiſſimo,ſicuti in Eccleſia,& propterea inquit Iaſ.non eſſe ponere os in coelum , ſi diceretur, debitorem ſuſpectum de fuga in Eccleſia capi poſſe.

Contra Iaſ.more ſuo inſurgit Dec.in eadem l. vinum, num.8. vbi affirmat, æquiparationem non procedere, cum adſit diuerſa ratio, & poſtquam ab Eccleſia extrahi non debet, licet quis quæcumq; delicta grauia commiſerit.c.inter alia. de immun.Eccl. à fortiori non ſunt extrahendi debitores ex contractu, & ita obſeruari quotidie in fallitis prætendit Decius,qui in Eccleſia ſunt tuti, & ſecuri,non obſtante ſuſpitione fugæ,& Couar.d. c. 20. ſub num.14.tenet, quod Iaſ.argumentatio ſufficiens non ſit, ſiquidem hac in ſpecie minimè licet de tempore ad locũ argumentari propter diſparem rationem, quæ manifeſta eſt,& conſtat. Nam tempore feriato licitum eſt homicidam,aliosve delictorum reos capere,quod ipſe Iaſ. non negaret, & probatur in l.prouinciarum. C. de feri. & tamen hos non licet ab Eccleſia abducere, & contra Iaſ.tenet Purpura.in d.l.vinum,n.10.

Vnde dicendum erit debitorem,quantumuis ſuſpectũ de fuga,in Eccleſia capi non poſſe,cum nullibi expreſſum ſit in hac ſpecie Eccleſiarum immunitatem non prodeſſe his,qui ad eas confugiunt,& ſic regulæ ſtandum erit, ita Couar. d.cap. 20. ſub num. 14. quem ſequuntur Decia. in d.c.28.n.34.& Farin.d.q.28.n.32. vbi de communi teſtatur,& firmat Abb.in d.c.inter alia,nu.22. Rom. conſ. 377.& conſil.234.Aufrer.in deciſ.Tholoſ. 422.qui dicit communem, & in practica fuiſſe obtentum. Io.de Viſch. de immun.Eccleſ.num.55.Henrich.Boich.in cap. Eccleſiæ.de immun.eccleſ. vbi longam facit diſtinctionem, & volunt omnes in l.præſenti.C. de ijs, qui ad Eccleſ. confug.

fug. hoc idem ſentit Rip.in c. 1. num. 88.de iudic.Ludo. Gomez. in §. ſupereſt, nu. 6. Inſtit. de act.Remig.de immun.Eccleſ.27.fallent.num.4.& ſeq. ibique de communi Duen.tract.reg.reg.175.in 3.limit.

4 Quam propoſitionem Decia.Couar.& Farinac.reſtringere conantur ad decoctores, & fallitos, qui maximo Reipublicæ diſpendio,ex pecuniis, & rebus alienis, dum negociationem quæſtuariam exercent,operam vſuris,& fænoribus ſtrenue dantes, lautè, & opiperè viuentes, decocti tandem verſuram faciunt, ad Eccleſiam confugientes, creditores omnes miſere fallunt, quod grauiſſimum crimen eſt,taleſque,vt publici latrones,à diuerſis Conſtitutionibus, grauiſſima, & capitali poena plectuntur, & habemus Bullam Sanctiſſimi Pii V. & ob id hac immunitate minime gaudere, vltra prædictos voluit Boer. deciſ.215.nu.7.Sed liceat mihi,quid ſentiam in medium afferre, cum iſti decoctores adeo caute res ſuas componant, vt rarò, aut nunquam verificetur in eis caſus Bullæ præfatæ,ſemper enim aduerſæ fortunæ infortunium apparere faciunt. Ac etiam quia in Bulla ipſa non priuantur hac immunitate, & quamquam publicis latronibus comparentur, difficile erit, vt in eis concurrant ea, quæ diximus ſuperius eſſe neceſſaria ad latronem publicum conſtituendum, & præcipue frequentia actuum, ex quo iſti decoctores, vltra primam vicem non inueniunt, qui eis credant pecunias, & bona, qua propter puto,quod Eccleſiaſtice immunitatis erunt capaces.

An Conſuetudo poſſit dare facultatem laicis Iudicibus extrahendi propria auctoritate c   ıfugientes ad Eccleſias. Cap. XIIII.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo dat iuriſdictionem.*
Quod ampliatur etiam in iuriſdictione ordinaria.
Et dat meram, mixtam, altam, & baſſam, & imperioſam iuriſdictionem.
Quinimo, & ſpiritualem.
2 *Stante conſuetudine extrahendi delinquentes ab Eccleſiis ad quas confugerunt, multi voluere, quod iudices laici per ſeipſos extrahere poſſent, quod declaratur nu. 12.*
3 *Cōſtitutio Gregoriana tantū reuocat facultates a Sede Apoſtolica conceſſas, & nō quæ competunt vigore conſuetudinis.*
4 *Conſuetudo eſt quid facti, ideo plenè probanda, cum allegare non ſufficiat.*
Probatio conſuetudinis difficillima, & quare.
5 *Conſuetudo eſt ſtricti iuris, & non extenditur.*
Et tantum habet de actu, quantum habet de potentia.
6 *Conſuetudo ſtatuto æquiparatur, hinc non inducitur ſuper his, ſuper quibus populus expreſſe ſtatuere non poteſt.*
7 *Conſuetudo irrationabilis non valet.*
Et quæ dicatur irrationabilis.
8 *Conſuetudo legi contraria, vt legem tollat, debet eſſe introducta ſciente Principe.*
9 *Abſens a loco, quæ ibi fiunt ſcire non præſumitur.*
10 *Conſuetudo modicam iuriſdictionem ſolummodo tribuit.*
11 *Conſuetudo iuriſdictionem tribuere poteſt, dummodo vtentes ea ſint capaces.*

Hinc

Digitized by Google

Hinc laici non poſſunt per conſuetudinem acquirere iuriſdictionem extrahendi ab Eccleſiis, cum ea ſint incapaces.

12 *Doct. citati in contrarium non dicunt, quod per conſuetudinem tribuatur iuriſdictio laicis iudicibus extrahendi ab Eccleſiis delinquentes, & quomodo intelligantur.*

13 *Conſuetudo Eccleſiis oneroſa tollenda, & notabile Surd. dictum in conſil. 396. refertur.*

1 CVm conſuetudinem iuriſdictionem tribuere dicat tex. l. vbi gloſ. in ver. conſuetudinem. C. de eman. liber. c. dilecti. vbi Doct. & gloſ. in ver. conſuetudinem. de arbitr. Oldr. conſ. 11. col. 2. verſ. item proponit, & conſ. 128. col. 2. verſ. nec per hoc poteſt dici. Bal. in l cum Prætor. in princ. 2. lect. ff. de iudic. Rom conſ. 300. Pute. de Synd. in verſ. inſtrumentum. ibi, (& quia conſuetudine) Soc. ſen. conſ. 39. nu. 26. lib. 4. Lanfranc. Bald. dec. 120. Marſ. cauſ. crim. conſ. 90. nu. 11. & ſeq. & conſil. 100. num. 19. eſt tex. in c. duo ſimul, ibique Panor. 3. not. de off. Ord. glo. in c. quanto. in ver. ſi Prelati. ad fin. eo. tit. gloſ. in c. conqueſtus, in ver. conſuetudo. in fi. 9. q. 3. Felin. latè in c. cum contingat, nu. 2. de for. comp. & Bart. vbi apoſt. in l. viros, in fin. C. de diuerſ. off. lib. 12. ampliat. quod conſuetudo etiam iuriſdictionem ordinariam concedit. Quam propoſitionem extendit Bald. in l. etiam, col. 4. verſ. modò reſtat quærendum. C. de excep. ad meram, mixtam, imperioſam, altam, & baſſam iuriſdictionem, & Guid. Pap. poſt alios ſing. 416. vtrum conſuetudo. §. 1. etiam ſpiritualem iuriſdictionem conſuetudinem dare affirmauit.

2 Vnde multi aſſerere conati ſunt, quod ſtante conſuetudine extrahendi eos, qui ad Eccleſias confugiſſent, poſſint de iure impune iudices ſeculares per ſe ipſos extrahere, & vidi

Digitized by Google

vidi quandam ſcripturam manu ſcriptam,in qua citantur Couar.var.reſol. lib.2.c.20.ſub nu.4. Clar.in pract. §. fi. q.30. Decia. in c.28.nu.6.lib.6.par.2.Igne.in l.1.in prin. nu.11.& 16.ff.ad Syllan.

Et ſententia iſtorum fundatur,quod cum immunitas ſit de iure poſitiuo,vti diximus, iuri poſitiuo poteſt conſuetudo derogare.c.fi. de conſuet.c.in iſtis,cum duob.ſeq.4. diſt.& c. placuit. 22. diſt.& notatur in l. quibus. ff.de ll. ideo ſtandum erit conſuetudini, ſecundum Hoſtienſ. in c. inter alia, num. 5. de immun.Eccleſ.vbi Innoc.in princ.& in fin.quem ſequũtur Io.Andr.& Butr.& facit conſ.Oldr. 54. vbi reſpondit fore capiendum debitorem in Eccleſia pro ciuili debito, vigente ſtatuto,quod debitor perſonaliter capi poſſit, quod attendendum, quia ſeruatur in hac materia loci conſuetudo,& huius ſententię citatur Anch. in d.c.inter alia.de immun.Eccleſ.

3 Et non obſtare Conſtitutionem noſtram Gregorianam, quam ſæpè miniſtri laici contendunt, quia per eam non derogatur conſuetudini, cum lecta,& perlecta Bulla ipſa, nullum verbum de conſuetudine reperiri prætendant, hinc per Conſtitutionem hanc non cenſetur derogatum conſuetudini, per doctrinam Oldr.conſ.220.poſt princ.& Aym.conſ.244.nu.13. & audiui aliquando iuriſdictionis laicalis Miniſtros aſſerere, quod Sanctiſſimus Gregorius in iſta Conſtitutione nil aliud fecit, nec facere voluit,niſi reuocare Bullas Pii,& Sixti,omniaq;indulta, & priuilegia per Romanos Pontifices, Principibus ſecularibus conceſſa,circa capturas delinquentium,qui ad Eccleſias confugiſſent. Si enim Principes ſeculares non innitantur dictis Bullis, nec Apoſtolicis priuilegiis,vel indultis, ſed in conſuetudine immemorabili, quæ iuriſdictionem hanc extrahendi eis tribuit,Bulla ipſa non reſiſtit.

Sed

Sed prædictis non obſtantibus, ego, qui vti Sacerdos, licet indigniſſimus, ſemper totis viribus immunitatem Eccleſiaſticam deffendere conabor, contrarium de iure dicendum oſtendere confido.

4 Et aduertẽdum eſſe duxi, quod conſuetudo eſt quid facti, ideo probanda, nec ſufficit allegare gloſ. fi. in Clemẽt. vnic. de reſtit. in integ. in c. non eſt. in ver. quem allegat. de conſuet. in 6. cum innumeris concord. adductis à Felin. in c. cum dilectus, ſub nu. 6. de accuſat. & in c. quoniam contra. col. 20. de probat. Decia. conſ. 401. num. 11. & conſil. 539. nu. 8. Aret. conſ. 23. n. 1. & firmat Pacian. in tract. cui incumb. on. prob. c. 27. nu. 141. par. 2. & fuit opinio Bar. in l. 2. n. 27. C. quæ ſit long. conſ. & reſponderunt Roland. conſil. 32. num. 23. lib. 2. Menoch. conſil. 37. num. 92. lib. 1. Becci. conſil. 2. in fin. citati à Surd. conſil. 354. num. 24. lib. 3.

Cuius conſuetudinis probatio difficilis eſt, conſideratis iis, quæ in illa probanda exiguntur, ita Fulgoſ. conſil. 6. ad fin. Dec. d. conſil. 402. ſub num. 13. & conſil. 538. num. 9. Roland. conſil. 53. num. 33. lib. 2. Burſatt. conſil. 57. nu. 2. in fin. lib. 1. eo quia eſt mutabilis, iuxta ſententiam Hoſtien. in ſum. tit. de conſuet. & cauit Rom. ſing. 369. proſequitur latiſſimè Maſcard. concluſ. 423. in prin. par. 1. vbi multos citat. Et Card. Florent. in c. fi. q. 4. in fi. de conſuet. quem ſequitur Aym. conſ. 325. nu. 1. affirmauit, magna opus eſſe diligentia in formandis capitulis ſuper probatione conſuetudinis, cum plenè probanda ſit, ſecundum doctrinam Bar. in repet. l. 2. q. 27. C. quæ ſit long. conſuet. & teſtes probare debent actus, actuum finẽ, temporis diuturnitatem, eſſe debent plures, eorundem actuum, & deponere debent de diuturnitate temporis, incipiente ab aliquo actuum habilium ad conſuetudinem indu-

Digitized by Google

inducendam, & quod non ſit de contrario memoria, imò quod eſt fama, ita factum, & obſeruatum fuiſſe ſemper, & quod illi actus fuerunt ſcientibus, & conſentientibus omnibus tacite, vel expreſſe, vel ſaltem maiori parte illorum, qui poſſunt conſuetudinem inducere, ita concludit Bellamer.deciſ.64. & deciſ. 65.

Supradictis ſic poſitis, probanda erit in primis conſuetudo prætenſa extrahendi confugientes ad Eccleſias, quę quomodo probari poſſit, cogitent ipſi Miniſtri laicalis iuriſdictionis.

5 Rurſus erit conſiderandum, quod conſuetudo eſt ſtricti iuris, & non extenditur. Innoc.in c.dilectus.col.3. in ver. ſupradicto. de off. Archid. & in c.cum P.verſ.& licet hi quibus, de fid. inſt.Oldr.conſ.237.col.1.verſ.& per hoc vellet aliqui.Bar.in l.1.§.ſi quis hoc interdicto.ff.de itin. act. priu. & in Authen.qui rem.in fin.C.de ſacroſ. Eccle. Bal. in c.1.in fin.de cogni. feud. & in Authen.ſi.quis ruinas.col.1.verſ.inducit etiam rationem, C.de ſacr.Eccleſ. Panorm.in c.quod translationem nu.5. de off. lega. Dec. conſ.8.ſub n.4.conſ.142.nu.5.& conſ.483.nu.22.Grammat.poſt alios deciſ.92.nu. 4.5.Aym.conſ.111.num.16. conſ.121.n.8.& conſ.170.nu.4.P.Rauen.de conſuet.col. 7. verſ. conſuetudo eſt ſtricti iuris. ſub nu. 73. Et docuit Bal.in c.1.in prin.ſub nu.21.qui feud.dar.poſſ. Quod conſuetudo tantũ habet de actu; quantũ habet de potentia, & non plus, & idẽ Bal.in l.fi.n.14.C.com.vtr.iudic.dicebat, quod conſuetudo tantũ habet de potentia, & effectu, quãtum habet de vſu, & voluit Bar.in d.l.1.§.ſi quis hoc interdicto.Alex.conſ.110.lib.5.Aym.alios citans, conſ.30. n.5.& firmat Surd.conſ.393.n.20.& prius dixerat conſ. 382.nu.44.& conſ.424.n.43.lib.3. ideo in conſuetudine nil ſuppleri debet vltra ſolitam obſeruationem, & ſi con-

ſuetudo

ſuetudo de aliquo non diſponit, nec nos diſponere debemus, ſecundũ Bal. conſ. 275. in fin. lib. 2. Aym. cõſ. 30. n. 5. Eo quia in conſuetudine non fit extenſio de vno actu ad alium, nec de vna ad aliam perſonam, vt late probat Natt. conſ. 555. nu. 5. Roland. conſ. 94. nu. 17. lib. 2. Ceph. conſ. 358. n. 45. & ſeq Rolãd. conſ. 69. n. 30. & ſeq. lib. 3. Crot. conſ. 67. nu. 6. lib. 1. Becci. conſ. 73. n. 14. Bellon. conſ. 42. nu. 6. Neuiza. conſ. 9. nu. 32. & concludit Oſaſc. deciſ. Pedem. 29. nu. 16. & reſpondit Sur d. conſ. 393. nu. 21. lib. 3. Et propterea neſcio videre, quomodo eorum intentionẽ fundare poſſint in pretenſa cõſuetudine, quæ vt diximus, variabilis eſt, & non poſſumus, ex illa certam regulam formare, ex qua dicere poſſumus, confugientes ad Eccleſiam in quocunq; caſu extrahi poſſe, cum delicta ſint diuerſi generis, & licet conſuetum ſit extrahere aliquem delinquentem, non propterea ad cæteros extendere debemus.

6 Nec non conſuetudo iſta, & ſi probata legitimè eſſet, tamen cum ſtatuto æquiparetur, l. de quib. ff. de ll. l. Magiſtratus. ff. ad munici. c. cum dilectus. de conſuet. Clem. 1. in fin. prin. & ibi Card. vlt. not. de vſur. Dec. in c. quæ in Eccleſiarum. nu. 13. de conſtit. Aym. conſ. 96. n. 6. Ideo nõ inducitur ſuper his, ſuper quibus populus expreſſe ſtatuere non poteſt. Bart. in conſ. 136. in fin. Aym. conſ. 134. n. 25. & latius de antiq. temp. in 4. part. ſect. 1. nu. 13. cum ſeq. Sed in materia iſta immunitatis Eccleſiaſticæ non ſolum populus, ſed nec etiam Principes ſeculares aliquid ſancire poſſunt, vt ſcribunt omnes in c. ſolitæ. de maior. & obed. & in c. 1. & in c. cum. de conſtit. & diximus in 1. cap. nu. 4. Qua de re data iſta conſuetudine, etiam plenè probata, nullius erit momenti.

7 Ac etiam conſuetudo irrationabilis de iure non valet. tex. habemus in c. 1. in fin. vbi gloſ. in ver. irrationabilia de

de Conſt.in 6.Hoſt.in ſum.tit.de Conſuet.§.quod ſit cõſuetudo.ſub n.2.& firmat Aym.cõſ.96.n.3.& cõſ.116.n. 4.Et quamquã certo ſciam,iudicis arbitrio relinqui,quando conſuetudo dicatur irrationabilis,qui conſideratis,circumſtantijs loci,temporis, & vtilitate publica,arbitrari debet, vt dicunt Doct.in c.fin.de conſuet. gloſ.in d.c.1.in ver.irrationabilia.de Cõſtit.in 6.Hoſtien.in ſum.vbi proximè, nu. 2.Oldr.conſ.220.col.1.ver.ideo notauit.Aym. d.conſ.96.ſub nu.3.& conſ.116.ſub.nu.5. P.Rauen.in d. tract.de conſuet.col.6.verſ.quomodo autem cõſuetudo, nu.65.Menoch.de arbitr.iud.caſ.82.Tamen hoc etiam ſcio,quod irrationabilis præſumitur conſuetudo illa, quæ eſt Canonibus inimica c.cum venerabilis.in fin. vbi notat Panorm. ſub num. 4. de conſuet.c.ad audientiam. eo.tit. Bal. in d.l. de quibus. ſub nu. 28.ff.de ll.& fuit de mente gloſ.in c. fin.in ver. rationabilis.vbi omnino Panorm. de conſuet.ibiq;Innocen.in fin.Aret.conſ.44.nu.2.At cum nos habeamus diſpoſitionem iuris Canonici tribuentem immunitatem iſtam Eccleſiis, vt ex illis delinquentes non extrahantur, conſuetudo contraria erit dicenda irrationabilis, & non conſideranda, ne dicam attendenda.

8 Et ad effectum, vt conſuetudo legi contraria valeat, debet eſſe introducta ſciente Principe,cum ſcientia Principis requiratur, vt poſſit per conſuetudinem tolli lex ipſius,ita Oldr. conſil.237.col. 1. verſ. verum à iure.conſil. 244. col.2.verſ. quinto opponebatur, & conſ.254. col. 2. verſ. 3. opponitur, & verſ. 5. opponitur. Ioan. And.ad Spec. de feud. in rub.col.pen.verſ.non omittam ad intellectum Feder. de Sen.conſ. 17. col.2.verſ.præterea conſuetudines.Natt.conſ. 574. in fin.& videtur ſentire gloſ. in l.2.C.de iur.nat.gent.& ciuil.Innocen. in rub. de conſ. & in c. pen. idem Innocen. in c.P.de fid.inſtr.nec ſufficeret

ret tolerantia, cum opus ſit expreſſo conſenſu, per notata in c. cum non ignores. de præb. & in c. litteras. de conceſſ. pręben. Quia alias ſequeretur abſurdum, quod lex inferioris tolleret legem ſuperioris, quod abſonum eſt, præcipuè hodie, cum populus totam poteſtatem, & iuriſdictionem tranſtulerit in Principes, vt videtur expreſſum in l. fin. C. de ll. & ſentit Io. Faber. Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil. §. ſed & quod Principi nu. 1 Quicquid ipſe Fab. dixerit in § ex non ſcripto. nu. 8. Inſtit. de iur. nat gent. & ciui. cuius opinio non eſt tenenda, cum multò plures contrarium affirmauerint.

9 Stante itaq; requiſito iſto de ſcientia Principis eſt impoſsibile, quod ſimilis conſuetudo, ſciente Summ. Pont. fuerit introducta, qui cum vbique locorum eſſe pñtialiter non poſſit, eius ſcientia nō præſumitur c. fin qui matr. accuſ poſſ. l. Titius. §. Lutius, vbi Bal. ff de lib. & poſth. Dec. conſil. 38. ſub n. 7. conſ. 64. ſub n. 5. & conſil. 328. ſub nu. 6. & Iaſ. poſt Aret. ibi in l. 2. §. voluntatem. nu. 17. ff. ſol. matr. voluit, vt abſens a loco ſcire non præſumatur quæ fiant ibi, etiam à coniūctiſsima perſona, ſequitur Henric. Ferrat. ad repet. Millan. in ver. abſens il 2. Quod autem Summ. Pont. neſciuerit, quod Miniſtri laici extraherent confugientes ad Eccleſiam, detegitur manifeſtè ex Conſtitutione iſta, in qua Summ. Pont. hoc intellecto, ſanciuit, ne in poſterum ſimilia perpetrare præſumant, & materiam iſtam immunitatis Eccleſiarum ad vnam reduxit formam, quę inuiolabiliter erit ſeruanda: Et ideo quauis conſuetudine non obſtante, non poſſunt iudices laici ex ſe ipſis delinquentes extrahere abſq; pœnarum incurſu, de quibus ſuo loco dicemus.

Ac pariter cum habeamus claram Canonum diſpoſitionem, quod delinquentes non ſint ab Eccleſia extra-

hendi, non ſufficeret probare conſuetudinem adeſſe extrahendi, ſed oſtendendum eſſet, quod contraria fuit inducta conſuetudo, per quam Canones fuerint ſublati, & hoc in caſu ſimplex obſeruantia non ſufficit; niſi etiam demonſtretur, quod in contradictorio iudicio fuerit obtenta, vt firmat Surd multis citatis conſ. 393. num. 25. lib. 3.

Nec obſtant ſuperius adducta de conſuetudine tribuente iuriſdictionem, quæ procederent, vbi conſuetudo plenè probata eſſet, & eſſet rationabilis, vti demon-
10 ſtrauimus. Et prædicta vera forſitan eſſent de modica iuriſdictione, vt declarat Roſſell. citatis alijs, in tract. de
11 indulg. nu. 433. & ſupradicta vendicarent locum, data capacitate, & habilitate vtentium, vt notabiliter docuit Io. Monach. in c. 2. de præben. quem ſequuntur Abb. & Felin. in c. cauſam. de præſcript. & in c. quanto. de cõſuet. Bal. in l. omnes. ff. de preſcript. 30. & c. Domin. in c. Catholica. 11. diſt. Abb. & Io. de Anan. in c. ad hęc. de ſimon. & Card. conſ. 58. Sed laici videntur incapaces huiuſce iuriſdictionis, vt annuit expreſſe Sanctiſſimus in Bulla iſta, ibi. (Ne autem Curiæ ſecularis prædictæ Miniſtri, &c.) vbi mandat Pont. quod etiam in caſibus exceptis per ſe ipſos extrahere non pręſumant, ſed obtenta licentia Epiſcopi, vel eius officialis, & cum interuentu perſonæ Eccleſiaſticæ extrahantur; ergo neque tempore capaces fieri poſſunt per conſuetudinem.

12 Non reſiſtunt prędictis authoritates Scribentium, quas oretenus audiui ex aduerſo citari, & in primis Couar. var. reſolut. lib. 2. nu. 4. c. 20. qui in libro meo nõn dicit; quod per conſuetudinem detur facultas laicis iudicibus extrahendi ab Eccleſia, ſed tantum quęrit, an Eccleſia nondum conſecrata gaudeat immunitate, & dicit, quod plurimum hac in re valet conſuetudo, quæ quidem potiſſi-

tiſſimum eſt inſpicienda,& Clar.in pract.§.fin. q. 30. minus loquitur de conſuetudine tribuente iuriſdictionem, ſed tantum tractat de immunitate conceſſa Eccleſiis, ob quarum ingentem numerum hodie de conſuetudine eſt valde reſtricta. Decian. quoq; d. c. 28. num. 6.non dicit quicquam de conſuetudine dante iuriſdictionem, & tantummodo voluit, quod ſtante conſuetudine extrahendi, iudices laici excuſentur à poenis inflictis violatoribus huiuſce immunitatis, & non immeritò, quia ad excuſandum à poena quælibet cauſa etia beſtialis excuſat l. igitur.§. 1. ff.de lib.cauſ. gloſ.in l. plagii. la 2.in ver.iuſta, C. de plagiar.& in l.vnic.in ver.hoc iudicium in fin.ff. ſi quis iud. non obtemp.& gloſ. fin. in l.1.ff.de abige.cum ſimilibus, Conſ.vero Oldr.ab omnibus reprobari alias oſtendimus, cum eius ſententia nimis dura viſa fuerit, vti diximus c. 13.num.2.ac etiam Oldr.in d.conſ.reſpondit,quod debitor, ſtante ſtatuto, quod poſſit capi de perſona,poteſt extrahi ab Eccleſia,& in hoc ſtandum eſſe conſuetudini,ſed non dicit,quod iudex laicus vigore conſuetudinis habeat facultatem extrahendi,& ſic omnes,qui ſolent adduci nõ loquuntur in terminis queſtionis noſtræ. Et cum ſimilis conſuetudo grauamen afferat Eccleſiis, debet tolli iudicis officio, vt decernit textus. c. 1. de conſuet. & propterea dato etiam,quod per Conſtitutionem noſtram expreſſe non legatur derogatum conſuetudini pretenſę, attamen tanquam oneroſa Eccleſiis eſt remouenda, & ſacrum Trident.Concil. ſeſſ. 25. c.20.decernit,& pręcipit ſacros Canones,& concilia generalia omnia, nec nõ alias Apoſtolicas ſanctiones in fauorem Eccleſiaſticarum perſonarum, libertatis Eccleſiaſticę, & contra eius violatores, editas, quæ omnia pręſenti etiam decreto innouat, exactè ab omnibus obſeruari debere,ideo concludendum

 erit,

erit, quod nullo pacto iudices laici poſſint propria authoritate delinquenes, qui in Eccleſiam ſe receperint, extra-
13 here, † & in hac materia conſuetudinis introducendę referre volui, quæ piè, & doctè ſcribit Surd. qui tamen ſemper bene audiuit, in conſ. 396. nu. 33. lib. 3. qui affirmauit, quod in ea introducenda uis aliqua, vel metus ſemper interuenit: multa enim Summ. Pontifices diſſimulando tolerarunt, non quia ea concederent, aut approbarent, ſed quia illius temporis ratio non patiebatur, quod fieret contradictio, vel quia id minus malum viſum fuit, ſed Deus Opt. Max. qui omnium geſtorum veritatem habet præ oculis, & cui nil eſt abſconditum, fortè aliquo tempore has ſuæ Eccleſiæ iniurias vindicabit.

De Pœnis extrahentium ab Eccleſia. Cap. XV.

SVMMARIVM.

1 *Pœna 30. librarum argenti examinati puriſsimi poſſunt puniri violantes Eccleſiaſticam immunitatem, extrahendo confugientes ad eam.*

2 *Poena nonagintorum ſolidorum aliquando puniri oſtenditur, & publica imponitur poenitentia arbitrio Epiſcopi.*

3 *Reprobatur opinio tenentium exactionem iſtarum poenarum perdidiſſe Eccleſiam.*

4 *Puniuntur violatores immunitatis Eccleſiaſticæ excommunicationis poena.*

5 *Leſæ Maieſtatis crimen incurrunt violatores huius immunitatis.*

Et redditur ratio.

6 *Speciale huius criminis videtur eſſe, quod affectus puniatur.*

Et

Digitized by Google

Et quomodo procedat, declaratur.

7 *Poena arbitraria puniuntur hodie violatores Eccleſiaſticæ immunitatis.*

8 *Nunquid excuſentur ab hac poena per conſuetudinem, quæ vigeret, confugientes extrahendi?*

SAcroſancta Tridentina Synodus in c. 20. ſeſſ. 25. de reformat. nec non Conſtitutio hæc noſtra Gregoriana non determinant pænas, quibus ſunt p ectendi huiuſcæ Eccleſiaſticæ immunitatis violatores; ſed tantum puniendos eſſe mandant poenis ſacris Canonibus, & Oecumenicis Concilijs inflictis, vnde poenas ipſas referre volui.

1 Et in primis in c. quiſquis. 17. q. 4. Alex. PP. II. ſanciuit. Quiſquis inuentus fuerit reus ſacrilegij, Epiſcopis, vel Abbatibus, ſiue perſonis, ad quos quærimonia ſacrilegij iuſtè pertinuerit, 30. libras examinati argenti puriſſimi componat; Et ibidem declarando, quis dicatur ſacrilegiũ committere, ſubiungit. Sacrilegium committitur, ſi quis infregerit Eccleſiam, vel 30. Eccleſiarum paſſus, qui in circuitu Eccleſię ſunt, vel domos, quę infra prædictos paſſus fuerint, aliquid inde diripiendo, vel auferendo. ex quo tex. colligi voluit Clar. in pract. §. fi. q. 30. n. 1. quod extrahentes delinquentes ab Eccleſijs, in quibus ſe receperint, poena prędicta puniantur, huius quoque opinionis fuit Decia. tract. crim. c. 28. n. 4. lib. 6. par. 2.

2 Et c. ſi quis contumax. 17. q. 4. in hæc verba cauetur. Si quis contumax, vel ſuperbus timorem Dei, vel reuerentiam ſanctarum Eccleſiarum non habuerit, & fugientem ſeruum ſuum, vel quem ipſe perſequtus fuit, de atrio Eccleſiæ, vel de porticibus Eccleſiæ quolibet modo adhęrentibus, per vim abſtraxerit, pro immunitate nonagin-

tos ſolidos Epiſcopo componat, & ipſe publica poenitentia iuſtò iudicio Epiſcopi mulctetur.

3 Et quamquam Clar. in d. q. 30. aſſerat, quod hodie non exigitur hæc poena, quia per deſuetudinem perdidit Eccleſia ius ęam exigendi, vt atteſtatur glo. in c. cum multæ. in ver. connubit. 15 q. vlt. quã glo. refert, & ſequitur Ang. de Caſtr inter conſ Paul. Caſtren. ſui patris. conſ. 458. circa fi. lib. 1. & comprobat Decia. d c. 28 nu. 4. lib. 6. par. 2. Tamen Sacrum Trid. Concilium d. c. 20. ſeſſ. 25. de reforma non ſolum confirmat, ſed etiam, quatenus opus eſt, renouat omnes ſacros Canones contra violatores immunitatis Eccleſiaſticæ, editos, ibiq; monentur Imperator, Reges, Reſpublicæ, & Principes omnes, ne ab vllis Baronibus, Domicellis, Rectoribus, aliiſve Dominis temporalibus, ſeu Magiſtratibus, maximèq; Miniſtris ipſorum Principum, vllo pacto lædi patiantur, ſed ſeuere in eos, qui Eccleſiæ libertatem, & immunitatem, ac iuriſdictionem impediunt, animaduertant.

Et præfatorum Canonum, & Conciliorum cenſuræ, etiam per Conſtitutionem noſtram confirmantur, Ideo nõ amplius in deſuetudinem abiiſſe dicendum erit, vnà cum Farinac. de carcer. & carcera. q. 28 ſub num. 5.

4 Vltima poena, quę de iure Canonico irrogatur iſtis violatoribus immunitatis Eccleſiaſticæ, eſt excommunicatio, vt habetur in c. deffiniuit. 17. q. 4. & c. frater. ea diſt. & q. & quod iudex ſecularis extrahens excommunicationis mucrone feriatur, probatur in c. inter alia. de immun. eccleſ. & in c. minor. iuncto. c. ſi quis contumax & c. quiſquis, & quod ibi notatur. 17. q. 4. & ſecundum Silueſtr. in ſum. ver. immunitas, il 3. nu. 12. debet extrahens excommunicari, & condemnari pecuniariter, & imponi ſibi publica poenitẽtia, nec reſtitui communioni, niſi reddat ex-

tractum,

Digitized by Google

tractum, vti obſeruatum fuiſſe diximus, in c. 1. in Rege Bonifacio tempore Diui Auguſtini.

5 De iure quoq; ciuili punitur violator iſtius immunitatis grauiſſima pæna, cum per eam incurratur in crimen læſæ Maieſtatis.l. 2. C. de iis, qui ad Eccleſ.confug.& diximus in c. 9. ſub nu. 2. Et pro ratione poſſumus aſſignare. Nam ſi offendens temporalem Maieſtatem incidit in crimen iſtud.l.quiſquis.C.ad l.Iul. Maieſt. à fortiori debet tanto magis incurrere is, qui Diuinam offendit.l. quidam. verſ.cum ſanè, & l.ſi quis in hoc genus. C.de Epiſ.& Cler.in Authent.Gazaros.C.de hæret. offendens autem Eccleſiam offendit Diuinam Maieſtatem, quia Eccleſia eſt domus Dei,vt habetur Ioan.c.2 & hac ratione vtitur Oldr. d.l.2.C.de his,qui ad Eccleſ.confug.relatus,& amplexus à Decia. d.c.28.nu.2.lib. 6.& voluit Panor. in c. inter alia. de Immun. eccleſ. proſequitur Boer. in tract. de ſeditio.in 7.& vlt.præſuppoſito, num. 56. & 57. & ſentit Iodoc. in pract.crim. rub. de viol. Templo. c.106.nu.1.& ſeq.Io.Monticell.poſt mille.in pract. crim. reg.12.nu.12.Clar.in pract.§.fin.q.68.verſ.extrahens aliquem Menoch.de arbitr.iud.caſ.360.nu.68.& Gig.de crim.læſ.Maieſt.lib.1.tit.qual.& à quib.crim.læſ.Maieſt. committ.q.10.nu.10.qui num.4.ſcribit,quod tam ex diſpoſitione legum,quam Canonum,nemo ex Eccleſia extrahi poteſt,niſi de licentia Sum.Pontificis,cum ad eum tantummodo ſpectet hanc licentiã concedere,& eſt de reſeruatis PP.& propterea extrahens confugientem ad Eccleſiam vſurpat iuriſdictionem Pontificiam,& iure meritò in poenam læſ.Maieſt.incidit,per tradita ab eodem Gig.vbi ſupra q.21.& cum Gig.reſidet, Farin.d q.28.num.2.

6 Et ita eſt exoſa legibus ipſis violatio immunitatis Templorum, vt Leo Imperator.in l.præſenti. C.de his, qui ad

Eccleſ.confug.ſtatuerit,quod qui nuda tantum cogitatione auſus fuerit tentare confugientem ad Eccleſiam inde extrahere, poena mortis, & vltimi ſupplicii animaduerſione plectetur, Vnde ſpeciale erit inuiolantibus immunitatem Eccleſiaſticam, vt affectus, qui in puris terminis cogitationis conſiſtit, & ad nullos extrinſecos actus productus ſit, puniatur, contra regulas communes, quæ volunt, nullatenus in foro fori puniri. l. cogitationis. ff. de poen.& c.cogitationis.de pænit.diſt.1.cum aliis cōgeſtis per Menoc.de arbitr. caſ.306.n.5.& nu.26.& ſeq.ſed de iſta illatione valde dubito,quia gloſ.Bart. & Salic.in eadem.l. præſenti.docuere, illius tex.pænā non habere locū niſi cogitatio eſſet producta ad actum proximum,& ad aliquem tractatum,quia tex. ibi dicit,(aut nuda ſaltem cogitatione, atq; tractatu,) & ſic vltra cogitationem requirit copulatiuè tractatum, vt annotauit eruditiſſimus Menoc.d.caſ.306.nu.68.& firmat Farin.d.q.28.nu.3.in fin.

7 Verum Iodoc.in pract.crim.rubr. de violat.templo. c. 106.num.4. exponendo poenam impoſitam à iure Canonico violatoribus templorum, dicit eſſe damnandos ad reſtitutionem perſonæ auulſæ, cum omnibus damnis, & intereſſe,& vlterius in aliquam poenam arbitrariam, iuxta qualitates, & circumſtantias rerum,per ea,quæ notantur in c. non minus, & in c.aduerſus. de immun.Eccl. & habemus glo.in d.c.ſi quis contumax. ver. componat. 17.q.4.Hoſt.in ſum.tit.de Immun. Eccleſ.§. quæ poena, in princ.ſum.Angel.in ver. immunitas.verſ 21.Io.de Viſch.in tract.de immun.Eccl.nu.65.& affirmat Silueſtr. in ſum.ver.immunitas,il 2.ſub nu.8.

Et ſic videmus,quod ſemper tranſgreſſores immunitatis noſtræ grauiter puniuntur.

8 Sed quia Decia.in d.c.28.nu.6.lib. 6.p.2. aſſerere non timuit

timuit, quod ſtante conſuetudine extrahendi per Miniſtros laicalis iuriſdictionis delinquentes, qui ad Eccleſiam confugerint, excuſetur inde etiam inuitum abducens, de eius dicto quærendum eſſe duxi. Quia in ore omnium eſt, quod conſuetudo, etiam quod ſit iniqua, excuſat a pena temporali. glo. 1. vbi Panor. & apoſt. ad eum in c. cum venerabilis, de conſuet. & in c. abiiciuntur in ver. crimen 32. q. 4. Alex. conſil. 172. num. 6. lib. 2. quod duplicatur, conſil. 41. lib. 4. conſil. 233. num. 13. & conſil. 240. nu. 8. lib. 6. Dec. conſil. 170. ſub num. 2. conſ. 175. ſub nu. 7. & in c. nam concupiſcentiam. 2. lect. ſub num. 6. de conſtit. Marſ. in princ. l. 1. num. 83 ff. de Sicar. & cauſ. crim. conſ. 90. num. 8. & conſ. 100. nu. 8. & in pract. §. quoniam, nu. 97. Abb. in c. fi. in fin. ibique apoſt de Conſtit. & in c. cum in Eccleſiæ, vbi etiam latiſſime apoſt. de Simon. Roman. ſing. 19 & ibi adden. & conſ. 466. in prin. Felin. in c. non ſatis, in prin. de ſimon. Iaſ. vbi alii, in l. de quibus, num. 8. ff. de ll. & in l. ſingularia. ſub nu. 36 ff ſi cert. pet. & in l. 3. §. 1. num. 15. & in prin. l. qui iuraſſe, num. 7. ff. de iur. iuran. Io. Arno. ſolilo. 90. Rip. in rubr. extr. de iudic. nu. 24. P. Gerar. ſing. 83. ad fi. Grammat. deciſ. 50. nu. 3. Pariſ. conſil. 171. num. 19. lib. 4. Bar. in prin. l. 1. in fi. vbi cæteri. ff. quod quiſq; iur. firmant Hondad. conſ. 53. nu. 21. lib. 1. Cæph. conſ. 562. nu. 31. lib. 3. Becci conſ. 4. num. 17.

Attamen, & ſi prędicta vera ſint, in caſu noſtro nō procedunt, quia, cum reſolutum ſit in iure, quod delinquentes ab Eccleſiis extrahi nequeant, & iudices laici extrahendo contrauen iant diſpoſitioni iuris tam ciuilis, quam Cnonici, ideo ob conſuetudinem non excuſantur, quæ potius dicitur paruus vſus, & abuſus, quam conſuetudo, & in iis, quæ de ſui natura mala, & deteſtabilia ſunt, conſuetudo, etiã quod totus mundus ea vtatur, non excuſat, c. flagitia

32. q.

32.q.7.c.obiiciuntur.32.q.4. glo.in c. ſanè de temp. ordin. & in c. cum ſecundum leges, de hæret. in 6. Iaſ. in l. ait Prætor.colum.5. de iureiur.Bald.in l.de quibus. ff. de legi.Innoc.in c.ſanè,de off.ord.Fel.in c.ea quæ, de ſimo. Calcan.cōſ.28.n.14 & citatis his,Farin.de delict.& pęn. q.20.n.46.Et Natt.conſ. 586.n.10.lib. 3.reſpondit,quod ſi manifeſtè apparet ex forma contractus vſuram eſſe commiſſam, conſuetudo non excuſaret à pœna, per tex. in c.inter dilectos,in prin.de exceſſ.Prælat.& in Clem.1. de vſur.

Verum in caſu noſtro manifeſtum eſt,quod iudices laici non poſſunt euellere ab Eccleſiis confugientes ad eas, & vti periti legalis ſcientiæ hoc ignorare non debent, eo etenim ipſo,quod fuerunt in examine Doctoratus approbati,& profitentur ſe Doctores, præſumuntur docti, & in iure periti,ſicuti comprobat Boer decíſ. 350. nu. 6. ideo per conſuetudinem non excuſari mihi videtur,nam certo ſciunt,has non conſuetudines,ſed manifeſtos abuſus eſſe. Et in blaſphemo,quod ob conſuetudinem regionis non excuſetur a poena blaſphemibus inflicta, affirmat Clar. in pract. §.blaſphemia.verſ.ſed nūquid,& atteſtatur,quod in Mediolanen.ſtatu non ſolum excuſantur, ſed iubere Senatum reiici capitula,in quibus blaſphemiæ rei vellent conſuetudinem probare, cuius dictum reaſſumpſit Maſcard.de probat.concl.194 n.7.par. 1.& proſequitur Farin.de delict.& poen.q.20.n.45.

Nec non ſupradicta procedere poſſent ad euitandam poenam temporalem,vti declarat Alex. conſil. 39. lib. 3. Cæpo.cauſ.crim.conſil.13.Aym.concl.6.nu.103. in fin. Bero.conſil.153.num.64.lib.1.Surd.conſ.184.num. 10. lib.2.& Tiraq.de retract.conuent. in fi.nu.127. Pœna autem excommunicationis qua plectuntur iſti extractores,

eſt

eſt ſpiritualis, cum a communione fidelium ſeparet, ſicut nomen ipſum denotat, & aſſerit Silueſt. in ſumm. in ver. Excommunicatio il 1. in prin. ideo eam euitare minimè poſſent, ſtante quauis conſuetudine.

Et ſi velimus aliquantulum deferre Decian. viro certè doctiſſimo, & olim præceptori meo, poſſumus dicere quod talis conſuetudo, ſi non excuſet a toto, ſaltem excuſat a parte, vt faciat mitigare pænam, vt in blaſphemo concludit ipſe Decian. tract. crim. par. 2. lib. 6. c. 5. nu. 4. ex Ferat. & Couar. in locis per eum citatis, & cum ipſo reſidet Farin. d. q. 20. n. 46. in fin. de delict. & poen.

De Eccleſiaſtica iuriſdictione à ſeculari ſeparata, Et quo iure exemptio Eccleſiaſticarum perſonarum à laicali iuriſdictione fuerit introducta. Cap. XVI.

SVMMARIVM.

1 *Sum. Pont. in conſtitutione iſta mandat, vt ſeculares non ſe intromittant in cauſis perſonarum Eccleſiaſticarum.*

2 *Sacra a profanis quouis iure ſemper diſtincta.*

3 *Spiritualis iuriſdictio a temporali ſeparata, tam ex mente Theologorum, quam Canoniſtarum.*

4 *Iure Diuino Clerici, & cæteri Eccleſiaſtici ſunt exempti a laicali iuriſdictione.*

5 *Clerici rem ſpiritualem ſapiunt.*
Et Clericatus eſt res diſtinctiua a profanis.

6 *Conſtitutiones Pontificiæ de exemptione iſta Clericorum ſunt antiqui iuris declaratiuæ, non noui diſpoſitiuæ.*

7 *Papa non poteſt legem condere, vt Clerici a laicis iudicibus iudicentur.*

8 *Conſuetudo non poteſt inducere, vt laici in cauſis Clericorum ſe*

ſe intromittant.

9 *Clerici etiam volentes, nō poſſunt in iudicē laicum cōſentire.*

10 *Si Clericus conueniatur pro quacunque cauſa coram laico iudice. Prælatus ſuus poteſt etiam eo inuito a iudicio abſtrahere.*

11 *Nec etiam Epiſcopo conſentiente, poſſunt Clerici in ſecularem iudicem conſentire.*

12 *Priuilegio iſto Clerici in ſacris conſtituti renunciare non poſſunt.*

13 *Fauori ſuo quod quis renunciare poßit, quomodo procedat, declaratur.*

14 *Clericus cauſam agens coram laico excommunicatur, quod declaratur ibidem.*

15 *Epiſcopi, & cæteri Ordinarii hoc fori priuilegium tueri tenentur, & negligentes in repetitione Clericorum carceratorum puniuntur.*

COnſtitutio noſtra non ſolum prouidet immunitati Eccl. ne quis ex eis extrahatur inuitus, de qua hucuſq; verba fecimus. Sed vlterius procedendo mandat † Summus Pōtifex, ne contra Eccleſiaſticas perſonas quoquomodo ſeculares iudices procedere præſumant, in hiſce verbis. (Sicuti etiam prohibemus, ne contra Eccleſiaſticas perſonas ſeculares, aut cuiuſuis ordinis, vel militiæ etiam S. Io. Hieroſolymitani regulares quoquomodo etiam vigore prædict. priuilegiorum, indultorū, aut cōceſſionū, quæ omnia ad terminos iuris per præſentes reducimus procedāt, aut ſe intromittere, illaſue ab Eccleſiis, Monaſteriis, Domibus, locis ſacris, aut religioſis etiam in caſibus in hac Conſtitutione expreſſis extrahere, abducere, capere, & incarcerare, aut cognoſcere de criminibus ad forum Eccleſiaſticum pertinentib. alias quam

1

de

de iure, & per priuilegia eiſdem ordinib. aut militiis cõceſſa permittitur, quomodolibet præſumant.)

2 Semper etenim iure Diuino, atq; humano ſacra à profanis fuere diſtincta, quæ, vt cuiq; hominũ magis paterent ad ſenſum, voluit Deus, altiſſimi parietis interſtitio, ſacras, ædes a profanis eſſe in Templo diuiſas, vſq; adeo, vt nequaquam Regibus liceret illum Dei conſtitutum terminum tranſire, ſed neq; eidem appropinquare, abſq; Numinis offenſa grauiſſima, vt refert ampliſs. Card. Baronius in Pareneſi ad Rempub. Venetam fol. 13. vbi adducit vehementem illam querelam Domini in Ezechielem. c. 43. aduerſus Reges Iuda.

Et ſi mandauit Deus diſtinctas eſſe ędes ſacras à profanis, quid dicẽdum de iuriſdictione Eccleſiaſtica à temporali? Sumpta igitur occaſione ex verbis Conſtitutionis noſtræ, de exemptione perſonarum Eccleſiaſticarum à iuriſdictione ſeculari nonnullla dicere propoſui.

3 Eſt itaq; iuriſdictio ſpiritualis a temporali diſtincta cũ effectu. Siue teneamus vna cum Theologis, quod duæ ſint poteſtates diſtinctæ, & ſeparatæ, ac indepẽdẽtes, ſpiritualis ſcilicet, Sum. Pont. commiſſa, & temporalis Principib. Mũdi, nec vnam habere quid cõe cũ alia, ſed primam ſpiritualem præexcellentiorem, & ſupremam poſſe ẽt de temporalib. cognoſcere, & diſponere, quando ſunt neceſſaria, & directa ad cõſeruationẽ, & neceſſitatẽ ſpiritualiũ: de quo latè Franc. Vict. de poteſt. Eccl. relect. 1. q. 6. verſ. Tertia propoſitio. Sot. ſatis eleganter in 4. ſẽt. 25. diſtinct. art. 1. latiſs. Molin. de iuſtit. tract. 2. c. 29. & elegantiſs. ampliſs. Card. Bellarminus lib. 5. de poteſt. Põt. c. 1. & hæc Theologorum ſententia fundatur in c. duo ſunt. 96. diſt. & in c. ſequẽti, vbi gloſ. in c. quæſitũ. 23. q. 4. & in c. ſolitę. de maio. & obed. & in §. quia igitur. in Authẽ. de inſtr. caut. & fid.

Siue

Siue ſequendo Canoniſtarum opinionem, aſſeramus, quod vtraque iuriſdictio ſit penes Eccleſiam, ſpiritualis actu,& habitu tẽporalis vero habitu tãtũ; cuius exercitiũ, & actũ Eccleſia mandauit Imperatorib. Regib. & alijs ſecularib. poteſtatibus, vti affirmarunt Hoſt. Butr. Abb. Imo. Io. And. Car. Dec. & cæteri omnes in c. nouit. de iudic.

Quapropter quauis opinione attenta, Eccleſiaſtici a laicali poteſtate, & iuriſdictione ſunt ſegregati, & de eis ſeculares poteſtates non debent cognoſcere.

4 Iure nẽpe Diuino Clericis,alijſq; Eccleſiaſticis perſonis exẽptio iſta,ne laicali ſubiaceant iuriſdictioni,fuit conceſſa,vt docuit glo. in c. quãquam in ver. iure Diuino de cẽſ. lib. 6. quę voluit,vt legatur Geneſ. c. 47. vltra mediũ Quod Ioſeph ſubiecit omnẽ terrã Aegypti Pharaoni,& cunctos populos eius,a nouiſſimis terminis Aegypti, vſq; ad fines eius,præter terram ſacerdotalẽ,& ex eo tẽpore,vſq; ad pręſentem diẽ in vniuerſa terra Aegypti quinta pars Regib. ſoluitur,& factum eſt quaſi in legem præter terram ſacerdotalẽ,quę libera ab hac conditione fuit. Et Eſdre lib. 1. c. 7. vltra mediũ ſecundũ eamdẽ glo. habetur. Quod Rex Adagei dixit ſuis Miniſtris. Vobis quoq; notum facimus de vniuerſis ſacerdotibus,& leuitis,cãtoribus,& ianitorib. & miniſtris domus Dei,vt vectigal,& tributum, & annonas non habeatis poteſtatem imponendi ſuper eos;& hæc concordare affirmat. d. glo. cum c. non minus. de immun Eccl. ſi enim bona Clericorum eximuntur a poteſtate laicorũ, tanto magis eorũ perſonæ. Quod in nouo etiam teſtamento ſancitum ſcribit Decia. in tract. crim. c. 9. ſub n. 1. lib. 4. par. 1. dũ dixit Chriſtus Petro. Tu es Petrus,& ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Quod regiſtratum legimus in c. ita Dominus. 19. diſt. & in c. in noua. 21. diſt. Innocen. & ibi apoſt. in c. ſi quis. poſt prin. de maio. & obed.

Digitized by Google

bed. vbi quærit, quis eximit Clericos a iure Imperatoris, & dicit. Quod exempti ſunt a Deo.per tex. c. ſi Imperator.96.diſt.in quo in fine ſancitur. Non legibus publicis, non a Poteſtatibus ſeculi, ſed a Pontificibus, & Sacerdotibus Omnipotens Deus Chriſtianæ religionis Clericos, & Sacerdotes voluit ordinari, & diſcuti, & recipi de errore remeantes,quo in loco,glo.in ver. (&diſcuti) inquit. Ergo antequam eſſet aliqua Cõſtitutio,etiam Clerici non erant de iuriſdictione ſeculari,& per d.tex.concludit Rot. Rom,tit. de conſuet.deciſ. 10.alias 840 incipien.vtrũ valeat.ſub n.4.in antiq.Panor.in prin.c.at ſi Clerici.n.23. de iudic.& in c.Eccleſiæ S.Mariæ.ſub nu. 6.& ibi Felin. eo.nu.de Conſtit.Roland.conſ.4.nu.7. lib. 3. &ante eos hoc voluit Card.in repet.c.perpendimus.7.oppo.de ſent. excomm.Aufrer. in Clem. 1.ver. ad quæſtionem. de off. ord.Roch. de Curt.in c. vlt. de conſuet. perſequitur Burſatt.conſ.42.n.2.lib. 1.qui reſpondit de iure Diuino Clericos eſſe exemptos a iuriſdictione laicorum, vt ex magis communi tradit Alcia. in c. cum non ab homine. in prin. de iudici.Vaſqui.de ſucceſſ.par.1. lib. 3.§. 22.limit. 17. nu.58.cum ſeq.idem Vaſqui. in eo. tract. par. 1. lib. 1. §. 10.& in l. quoniam in prioribus nu. 652. de inoff. teſta. Villalob.com.opin.ver.Clericus.n. 69. vbi ſcribit, quod Clerici nunquam fuerunt ſub iuriſdictione laicali. Viui. eo.tract.ver.Clerici a poteſtate.Vant.de nullit.tit.de nullit.ex defect.iuriſd nu.101.Sigiſm.Scacc.de iud.cauſ.crimin.c.11.n.44.lib.1.Nauar.in relect.c.nouit. de iudic.in 6.not.ſub num.30.dixit,quod Clerici, & Monachi de iure Diuino ſunt exempti a poteſtate laicali in cauſis criminalibus, iuxta gloſſ. ſolemnem tam a Theologis, quam a Iuriſperitis communiter receptam in d. c. ſi Imperator. 96.diſt.proſequitur Surd.conſil.301.n. 16.lib.3.& allegatur teſtimonium Conſtantini Imperatoris, qui præſidens

in

in Sancta Nicena Synodo, cum querela quorundam Clericorum coram eo delata eſſet, ait. Vos a nemine iudicari poteſtis, quia ad Dei ſolius iudicium reſeruamini, ita regiſtratum habemus in c. continua. 11. q. 1. & in c. futuram. 12. q. 1. licet Couar. pract. qq. c. 31. latè hanc quæſtionem diſputet ad partes, & multos caſus diſtinguat, & ita genericè de iure Diuino non eſſe introductam contendat, qui nimis partialis sẽper fuit, quando de iuriſdictione laicali verba fecit, vti bene oſtendit Ampliſſ. Card. Bellarm. in Opuſculo vernacula lingua edito, in reſpõſione librorũ editorũ absq; nomine, ſuper cenſuras publicatas a Sanctiſſ. D. N. Papa Paulo V. contra Venetos fol. 41. & cõmuniter tenetur iure Diuino cõpetere exẽptionem hanc, quamquam Farin. tit. de inquiſitio q. 8 n. 2. vna cũ ipſo Couar. reſtringere conetur ad ea, quæ sũt ſpiritualia, & Eccleſiaſtica, ſcilicet, quando agitur de ordinib. gradibus, obſeruationib. & ſimilib. ſecus vero in temporalib. quorum opinio non eſt tenenda, cum contrarium ſupracitati omnes affirment.

5 Quia Clerici ſapiunt rem ſpiritualem, ex quo corpus, & animam deputauerunt Dei ſeruitio, & aſcripſerunt in ſortem Domini c. cui portio. 12. q. 1. c. inolita. & c. placuit 11. q. 1. & notatur in c. 2. de maio. & obed. & in c. ſignificantibus. de iudic. & in c. at ſi Clerici. eo. tit. & habemus in c. 1. & 2. 11. q. 1. & per totam illam q. vt notat. Innocen. in d. c. ſignificantibus, de off. deleg. & comprobat Roland. d. conſil. 4. num. 7. lib. 1. aſſentit Surd. d. conſil. 396. nu. 14. lib. 3. Et Clericatus eſt res diſtinctiua a profanis ſecundum Nauar. d. c. nouit. ſub num. 30. de iudici.

6 Et quamquam Cõſtitutiones Põtificias habeamus, per quas Clerici eximuntur a poteſtate ſeculari, attamẽ ante eas Clerici gaudebant priuilegio iſto, & Cõſtitutiones sũt antiqui iuris declaratiuæ, non noui diſpoſitiuæ, vt do-

cet.

cet gloſ. in d. c. ſi Imperator. 96. diſt. quam ſequuntur Surd.d.conſ.396.nu.14.lib.3.& Roland.d.conſ.4.nu.7. lib.1.Villalob.vbi proximè.

7 Ità,& taliter laici ſunt incapaces exercitij iuriſdictionis,in Eccleſiaſticos,quod nec Papa poteſt legem facere, quod Clerici conueniantur coram ſeculari iudice. huiuſce dicti anteſignanus fuit Roman. ſing.419. ibiq; apoſt. qui ſcriptum reliquit.Quod antequam eſſet Petrus, Clerici non erant ſubiecti ſecularib per illud Dei.Nolite tangere Chriſtos meos,Pſal.104.Ergo non poteſt per Papam tolli,l.fin.C.ſi cōt.ius.& hoc tenuiſſe affirmat Franc.Zab. in repet.d.c.perpendimus.de ſent.excomm. & ipſe Rom. hoc idem dixit in l.ſi vero.§. de vero.in 7. fallent. ff. ſol. matr.Abb.in c.Eccleſiæ S.Mariæ, ſub num. 6. vbi Felin. eo.num.Conſtit.idem Felin.in c.ſi quis,in princ.de maio. & obed.& in c.literas.ſub nu.14.de reſt.ſpol.Iaſ.in l. eſt receptum,num.3.ff.de iur.om.iud.Vant. d. tit. de nullit. ex defectu iuriſd.n.101.Grammat.deciſ.61.num.9. Couar.ipſe,qui voluit hanc exemptionem eſſe de iure poſitiuo,& non Diuino,d.c.31.num.4.conſentit, quod Papa nō poſſit tollere Clericorum exemptionem à iuriſdictione ſeculari,quoad omnes Clericos,& quo ad omnes cauſas in vniuerſum,Farinac.quoq;aſſentit.d.q.8. num.4.& Scacc.d.c.11 num.43.

8 Conſuetudo,quæ,vt aliàs diximus.cap.14.iuriſdictionem tribuere ſolet, nec etiam poteſt inducere, quod laicus iudicet Clericos,tex.eſt expreſſus in c.Clerici. de iudici.vbi Clemens iij. decreuit. Quod non debet in hac parte Canonibus aliqua conſuetudo pręiudicium generare,& gloſ.ibi dicit in caſu iſto,non poſſe locum habere conſuetudinem,quantocumq; tempore obtentam, quia eſſet contra Eccleſiaſticam libertatem, & ſtatum Eccle-

ſiæ.per quem tex.ita tenet Feli.in d.c.Eccleſiæ S. Mariæ, ſub nu.6.de maio.& obed.Alex.conſ.149.nu.10.lib.1.& in d.conſ.8.lib.1.Soc.in c.ſi quis Clericus.in 19.fallent. de for.comp Rot.Rom.d.deciſ.840.per tot.in antiq.aliàs eſt 10.de conſuet.Prob.ad Io.Monac.in c.iudex.in prin. de ſent.excom.in 6.Couar.d.c.31.nu.5.pract.q.Clar. de communi atteſtans,in pract.§.fi.q.36.in princ.Roland.d. conſ.4.n.10.lib.1.conſ.12.nu.45.& conſ.23.nu.9.lib.2. Alex.de Neuo.conſ.56.n.1.Vilalob.com.opin.ver. Clericus,n.80.Farin.d.q.8.nu.3.Scacc.d.c.11.nu.42.qui de communi atteſtatur.Et huic ſententiæ conferre poſſunt, quæ diximus.d.cap.14.de conſuetudine irrationabili, & Eccleſijs oneroſa,quam non valere oſtẽdimus, præcipuè data incapacitate vtentium, vti affirmat Decia. in ſpecie d.c.9.nu.10.& ſeq.lib.4.Et talis conſuetudo non releuat, quia ei derogatur per Bullam in Cœna Domini, & ita conclusum fuit in Rot.Rom.in vna Canonicatus Oſcen. coram R. P. Pegna, quam regiſtrauit Farinac.inter ſua conſ.crim.conſ.68.

9 Et prædicta in tantum vera ſunt.Quod Clericus etiam volens,non poteſt ſe ſupponere diffinitionibus laicorum. tex.habemus in c.decimæ 96.diſt.& latè ſcribit Hoſti en. in ſum.tit.de iudici.§.quæ ſine neceſſaria, & voluit Grãmat.d.deciſ.61.n.8.conſuluit Dec.conſ.150.n.4.Anch. conſil.321.primo dub.Alex.conſil. 67. colum. fin.lib.1. Cappic.deciſ.126.

10 Et ſi Clericus conueniretur pro quacunque cauſa coram iudice laico, Prælatus ſuus vtique poſſet etiam eo inuito,illum abſtrahere à iudicio ſeculari, ſecundum Innocen.in c.vt famæ.ſub nu.21.de ſent.excom.

11 Quinimo nec etiam Epiſcopo conſentiente,poteſt Clericus conſentire in iudicem laicum,gloſ.in cap. ſignificaſti.

ſti.de for.compet.Soccin.reg.tract. reg. 56. incipit. Clericus. Alexan.conſil.8.in princip.lib.1.Roland.d.conſ.4. num.10.lib.1.& conſ.12.num.36. lib.2. Galeſ. de oblig. Camer.par.2.q.2.num.2.Scacc.d.c.11.num.38. Farin.d. q.8.ſub num.13.

12 Cui priuilegio Clerici in ſacris conſtituti non poſſunt renunciare,nec tacitè,nec expreſsè,vt notant omnes in cap.ſi diligenti,& in cap.ſignificaſti. vbi gloſ. fin. de for. compet.in c.contingit il primo,ibiq; gloſ.pen.& in c.perpendimus.in ver.cogantur.de ſent.excom. in c. Ioannes. in ver.non poteſt.de Cler.coniug.& in c.vni.in ver.coniugalis,eo.tit.in 6.in l.ſi quis in conſcribendo.in ver. dignitatis,in fi.C.de pact. Archidiac.in c.placita ſecularia. 15.q.4.Spec.in tit.de cita.§.contra.verſ.ſed pone.Grammat.d.deciſ.61.num.14.Cepo.cauſ.crim.conſ. 11. num. 4.Oldr.conſ.83.col.3.verſ.priuilegium enim eſt.Felin.in dict.cap.ſi diligenti.num.16.de for. compet.Bal in l. vni. colum.8.verſ.ſed quid dices.Clericus. C. de confeſſ. & conſ.80.per tot.lib.2.Calcan.conſ.118. num.2. P. Duen. reg.tract.reg.100.1.ampliat.Roland.d.conſil. 4. num. 9. lib.1.Alber.in 3.par.ſtat.quæſt.92.Alex.de Neuo.d.con. 56.num. primo,vbi ampliat, quod nec etiam cum iuramento. Scacc.d.c.11.num.35.& 36.Farinac.d.quæſt.8. num.10.

13 Nec dicatur, quod quilibet fauori ſuo renunciare poteſt.d.l.ſi quis ſcribendo.C.de pact.l.ſi plures. C. de fid. inſtr.l.generaliter,vbi omnino Bald.C.de Epiſc.& Cler. l.poteſt.ff.ad l.Falc.c.Eccleſiæ S.Mariæ,il 2.§.1.de elect. c.ſi de terra.de priuil.c. ſtatuimus,& c. ad Apoſtolicam, de regular.gloſ.videnda in Authent.vt ſin.prohi.matr.in verb. Senatus conſulto Felin.ad quem ſemper confuge in d.c.ſi.diligenti,de for.compet. Quia hoc eſſet verum,

ricus recurreret ad ſecularem Curiam pro impediendis mandatis,& executionibus Apoſtolicis, vti in facto, in quo conſuluit Fari.d.conſ.68.

15 Et Epiſcopi, ac cæteri Ordinarij hoc fori priuilegium tueri tenentur intantum,Quod ſi habita notitia de carceratione Clerici,illum pœnis adhibitis,cenſuriſq; prolatis repetere neglexerint,ab adminiſtratione deponuntur; & ſi tanta eſſet negligentia,criminaliter eſſent puniendi, ſecundum Caſſan.conſ.38.quem ſequitur Lopez in addit. ad pract.Diaz c.64.nu.8.& 15.& ipſos amplectitur Farin.d.q.8.nu.4.verſ.amplia.18.

De exemptione Clericorum à iuriſdictione laicali in criminalibus. Cap. XVII.

SVMMARIVM.

1 *Principes ſeculares, & eorum Miniſtri nullam prorſus habent in Clericos iuriſdictionem.*

2 *Imperator nec ipſe de cauſis criminalibus Clericorum cognoſcit. Sed exemplo Conſtantini deberet libellum accuſationis incendere.*

3 *Nec in atrocioribus, & in crimine læſæ Maieſtatis Imperator iudicat Clericos.*

4 *Crimen læſæ Maieſtatis non committitur à Clerico erga ſeculares Principes.*

5 *Pro aſſaſſinio an Clericus puniatur à ſeculari iudice?*

6 *Clericus aſſaſſinus poteſt impunè occidi.*

7 *Actualiter degradatus poteſt à ſeculari iudice puniri.*

8 *Intellectus ad c.1.de homic.in 6.datur.*

9 *Quando in diſpoſitione aliquid præſupponitur, vt præſuppoſitum locum habeat, præſuppoſitū verificari debet.*

10 *Sententia declaratoria requiritur ſuper aſſaſſinio, vt Clericus pro tali crimine puniri poſſit à laico.*
11 *Quæ declaratio ab Eccleſiaſtico fieri debet.*
12 *Clericus enormitatibus ſe immiſcens, an, & quando puniri poſſit à laico iudice, latè declaratur.*
13 *Clericus in minoribus, vt fori priuilegio gaudere poſſit, quid facere debeat.*
14 *Clericus in ſacris habitum clericalem retinens, pro quauis enormitate non punitur à ſeculari iudice.*
15 *Secus ſi dimiſſo habitu, enormibus ſe immiſceat.*
16 *Quod intelligendum eſt, præcedente trina monitione, vel vna facta in Synodo.*
17 *Clericus, & ſi non opponat de clericatu, eſt exemptus à iuriſdictione laicali.*
18 *Priuilegiatus tenetur comparere ad allegandum priuilegium.*
19 *Iudex laicus, quam cito ſibi de Clericatu conſtabit, tenetur de facto reuocare quod fecit contra Clericum, & proceſſus eſt ipſo iure nullus.*
20 *Quæ exceptio Clericatus quandocumque opponi poteſt.*
21 *Clericus, qui diſtulerit de Clericatu opponere, debet in expenſis condemnari.*
22 *Sed condemnatio expenſarum ab Eccleſiaſtico fit.*
23 *Nec etiam Clericos examinare, & interrogare poſſunt ſeculares iudices.*
24 *Nec etiam poſſunt abſoluendo cognoſcere laici, de delictis Clericorum.*
25 *Clericus incorrigibilis poteſt puniri per ſecularem iudicem.*
26 *Præcipuè ſi non poteſt ab Eccleſia puniri.*
27 *Quando vti incorrigibilis punitur, non ſecundum Canones, ſed ſecundum leges punitur Clericus.*

Cle-

Digitized by Google

28 *Clericus quando dicatur incorrigibilis, demonſtratur.*
29 *Regulare eſt, quod vt Clericus in ſacris à laico iudice puniri valeat, eſt degradandus, & tradendus Curiæ ſæculari.*
30 *Intellectus Dec. ad c. cum non ab homine. de iudic. refertur.*
31 *Degradationis diffinitio.*
32 *Duplex degradatio, Verbalis, & Actualis.*
33 *Verbalis quomodo fiat, & eius forma.*
34 *Quando, & pro quibus delictis verbalis degradatio imponatur.*
35 *Verbalis degradatio ad quem finem fuerit introducta.*
36 *Actualis degradatio, quæ etiam appellatur depoſitio ſolemnis, eſt executio verbalis, quam regradationem D. Hieronymus appellat.*
37 *Antiquitus inuenta actualis degradatio; & quæ ad eã requirebantur.*
38 *Actualis degradationis forma.*
39 *Pro quibus delictis Clericus actualiter degradetur.*
40 *Regula datur in puniendis Clericis.*

IN omni caſu, ſiue Diuino, vti ex cõmuni Scribentiũ ſententia, ſuperius demonſtrauimus, ſiue de iure poſitiuo ſit exemptio iſta, certũ eſt, quod nõ poteſt ſecularis poteſtas ſe ingerere in cognoſcendis de-
1 lictis perſonarum Eccleſiaſticarum, & propterea † ſecculares Principes, eorumque Miniſtri in Clericos, & Eccleſiaſticos ſeculares, & regulares nullam prorſus iuriſdictionem habent, capitulo cum non ab homine, capitulo at ſi Clerici, capitulo qualiter, de iudic. capitulo ſi diligenti, & capitulo ſignificaſti, de for. comp. capitulo continua, cap. placuit, cap. Clericum nullus, 11. q. 1. cap. de-

niq; 96.diſt.c.ſi iudex laicus, de ſent.excom.in 6. Auth. ſtatuimus.C.de Epiſcop.& Cleric.Auth.vt Clerici apud propr.Epiſ.Alex.conſil.8.in princ.& num.11. lib.1. Roland.conſil.4.num.6.lib.1.conſ.12.nu.34.& ſeq.& conſil.23.num.6.& ſeq.lib.2.Grammat.vot.28.nu.7.vot.33 num.3.deciſ.29.& deciſ.61.Gig.de crim.læſ.Maieſt.lib.1.tit.quis de crim.læſ.Maieſt.cognoſ.poſſ.q.1.num.12.& ſeq.Foller.in pract.crim.in ver.audiantur excuſatores,n.38.& ſeq.Cartar.de interrog.reor.lib.1.c.2. num. 12.& eſt communis Doctorum ſententia ſecundum Alciat.in d.c.cum non ab homine.in prin.de iudic. Vaſqui.de ſucceſ.par.1.lib.3.§.22.limit.17.nu.58.& ſeq.Burſatt.conſ.42.num.2.lib.1.Honde d.conſ.3.num.12.lib.1.& conſil.20.nu.11.lib.2.Bart.Soci.conſ.57.nu.12.lib.3. Marian.Soc.ſen.conſ.12.num.16.lib.1. Calcan.conſ.71.num. 2. Farin.citatis infinitis,de inquiſit.q.8.in princ.& dicit Couar.pract.quæſt.c.31.num.2.verſ.tertia concluſio.Quod ferè totus orbis Chriſtianus in hanc Clericorum exemptionem à ſeculari iuriſdictione, propter publicam vtilitatem,conſenſit, & propterea non poſſet à ſecularibus Principibus reuocari,& habemus Bullam in Cœna Domini, quæ prohibet omnibus iudicibus, & Magiſtratibus ſecularibus,ne contra Clericos ſe intromittant quoquomodo,etiam ſub prætextu quorumcumq; priuilegiorum à Sede Apoſtolica conceſſorum, quæ irrita, & nulla, ac nullius roboris, vel momenti fore,& eſſe decernit, quod quoque habemus in Conſtitutione noſtra.

2 Et hoc adeo verum eſſe affirmant Scribentes,quod nec etiam Imperator ipſe poſſit criminaliter iudicare Clericũ per tex.c.ſolitæ,ibi.(Quod autem ſequitur ad vindictã.) de maio.& obed.& in c.Sacerdotibus.11.q.1.Et non ſolũ Imperator Clericos iudicare non prætendit,ſed Eccle-

ſiaſticis

ſiaſticis libenter colla ſubmittit, vt habemus in c. Valentinianus. 63. diſt. Hinc ſi coram Imperatore denunciaretur perſona Eccleſiaſtica pro aliquo delicto, deberet ipſe Imperator Conſtantini Imperatoris exemplo, libellum denunciationis, ſeù accuſationis, & quærelæ incendere, vt ſancitur in d.c. Sacerdotibus, §. Eccleſiaſtica quoq. 11. q. 1. Et laicus quacumque fulgeat dignitate, nullatenus poteſt cognoſcere cauſas criminales Clericorum. Alex. conſ. 8. nu. 1. lib. 1. Roland. conſ. 4. ſub nu. 8. lib. 1. Scacc. de iudic. cauſ. crim. c. 11. nu. 34. & 35.

3 Et propoſitio iſta vſq; adeo protenditur, vt etiam in atrocioribus, & in crimine læſæ Maieſtatis in perſonam eiuſdem Imperatoris, ipſe Imperator non poterit pro tali crimine contra laicum procedere, quod fuiſſe videtur de mente Bar. in extra. Ad reprimendum, in ver. conditionibus; & affir. Reſtaur. in tract. de Prin. ſeu Imperat. q. 111. nu. 10. & comprobat Gig. de crim. lęſę Maieſt. lib. 1. d. tit. quis de crim. lęſ. Maieſt. cogno. poſſ. nu. 12. & ſeq. vbi poſt multa ita concludit, proſequitur Decia. in tract. crim. lib. 4. c. 9. num. 8. par. 1. & reſpondit Alex. d. conſ. 8. in prin. lib. 1. vbi per multa iura concludit, quod laicus quacumque fulgeat dignitate, nullo pacto poteſt cognoſcere contra Clericum. Quia diſtinctæ ſunt iuriſdictiones, & Pontifici eſt aſſignata omnis iuriſdictio in ſpiritualibus, & ita

4 Alex. tenentem refert † Roland. d. conſil. 4. num. 8. lib. 1. vbi affirmat, quod hoc crimen læſæ Maieſtatis non committitur à Clerico erga Principem ſecularem. Et poſtquā erga ſeculares Principes à Clerico hoc crimen non committitur, non eſt mirum, quod Imperator, & multò minùs iudices ſeculares non poſſint punire Clericum, vti de communi atteſtatus, dixit Clar. in pract. §. fi. quæſt. 36. num. 27.

Quam

Digitized by Google

Quam rationem proximè aſſignatam perbellè improbat Fari.d.q.8.ſub n.28.vbi ineptam ſibi videri ait, quia plura ſunt delicta qualificata,vt videbimus inferiùs,de quibus Clerici à laico iudice puniri poſſunt,vnde non ſequitur conſequentia,Clericus conſpirando contra Principem ſecularem non committit crimen læſæ Maieſtatis,ergo non poteſt de tali conſpiratione puniri,& è contrà,dato quod Clericus per talem conſpirationem committeret hoc crimen læſæ Maieſtatis, ſequeretur dicta ratione attenta,quod Clericus propter atrocitatem iſtius criminis poſſet à ſeculari iudice puniri, quod tamen ex diſpoſitione tex.cap.cum non ab homine.de iudic.Clericus iuriſdictioni ſeculari,& punitioni etiam pro quocumque atrociſſimo delicto ſubiectus non eſt,vt optimè adnotauit Boſſ.titul.de for. competen. numer.127.& inferiùs comprobabimus. Tamen cum Farinacc. dicto loco ſequenda erit opinio noſtra, quod pro crimine læſæ Maieſtatis non ſit puniendus Clericus à ſeculari poteſtate, quæ ſi auderet carcerare, & punire Clericum pro tali crimine,malè faceret, & mortaliter peccaret, cum teneatur ex debito officij ſui remittere Clericum ad Eccleſiaſticam curiam.

5 Sed difficultas erit,numquid pro alijs atrocioribus poſſit à ſeculari iudice puniri? & reperio,quod Lap.in capit. pro humani. de homicid. in 6. voluit,quod Clericus pro crimine aſſaſſinij poſſit puniri per iudicem laicum, prout eum refert Pariſ.de Put.de Synd.ver. inquiſitio. c. dicit conſtitutio.colum.3.verſ.an in percuſſionem factam. Aufrer.de poteſt.ſecul.ſup.Eccleſ.perſo.18.limit.nu.26. Marſ.in pract.§.diligenter,num.166.& §.examinanda, num.25.Grammat. vot.8. num.4.vot.9.num.18. & vot. 21.in prin. fuit quoque de mente Soc.inter conſil.Curt. ſen.

ſen. conſil. 20. num 44. vbi dicit, quod nec etiam requiritur ſententia declaratoria, quod voluit, & Aufrer. vbi ſupra. Et mouentur præfati omnes per tex. c. 1. de homicid. in ſexto, vbi habetur. Quod quicumque Princeps, & quantumcumque magnus Prælatus, ſeu quæuis alia perſona Eccleſiaſtica, vel ſecularis quempiam Chriſtianorum per aſſaſſinos occidi fecerit, vel mandauerit, quamuis mors ſequuta non ſit, aut eos receptauerit, vel occultauerit, aut deffenſauerit, excommunicationis, & depoſitionis à dignitate, honore, ordine, officio, & beneficio, incurrit ſententias, ipſo facto, & eſt cum omnibus ſuis mundanis, tanquam Chriſtianæ religionis æmulus, per-
6 petuò diffidatus, † & bannitus à toto populo Chriſtiano. Quo fit, vt Clericus qui hoc crimen commiſerit, poſſit impunè occidi ſecundum Angel. conſil. 14. & voluit Gemin. in dicto cap. 1. de homicid. in 6. cum idem ſit bannire, & diffidare, quod ſtatuere, & præcipere, vt impunè poſſit occidi, per notata in l. reos, C. de accuſat. vbi Cyn. in 6. q. l. tertia. §. transfugas, ff. de ſicar. Authent. nauigia. C. de furt. & in Authent. item quæcumque communitas, C. de Epiſc. & Cler. Capic. deciſ. 112. num. 3. & deciſ. 155. nu. 26. Barbat. in c. vt ſi Clerici. num. 129. de iudic. & dicunt omnes congeſti à Rim. iun. conſil. 685. num. 1. & ſeq. lib. 6. Videntur etenim diffidati de iure Canonico ipſo iure degradati, tanquam expoſiti à iure, vt cuique data ſit facultas capiendi perſonas, vt notatur in c. vn. de ſchiſmat. ibi (expoſitis perſonis eorum à fidelibus capiendis) & eſt tex. in c. felicis, de pœn. ſicque à iure videntur ſpoliari priuilegio Clericali, & poni in poteſtate cuiuslibet, vt innuit tex. d. c. 1. de homicid. in 6.

7 Et ſicuti realiter, & actualiter degradatus poteſt à iudice laico puniri, ſecundum communem opinionem,

de

de qua Alciat. in dicto c. cum non ab homine, num. 108. de iudic. relatus a Villalob. comm. opin. littera, C. nu. 71. quos refert, & ſequitur Clar. d. q. 36. nu 35. in fin Cumq; degradatio nil aliud ſit, quam denudatio omnium priuilegiorum Clericalium, vt in c. degradatio. de pœn. in 6. & Decian. citatis alijs, d. c. 9. num. 78. lib. 4. Ideo Clericum, qui aſſaſſinium commiſit, puniri poſſe à laico dicendum videtur, vti reſpondit Decia. conſ. 82. per tot. lib. 2. & affirmat Diaz in pract. Cano. c. 98. & faciunt dicta per Boer. deciſ. 69. num. 19.

8 Tamen ſi rectè perpendatur diſpoſitio dicti text. c. 1. de homicid. in 6. aſſaſſinus, de quo loquitur text. prædictus, non eſt proprie is, qui conducit operas alicuius præcio ad occidendum, ſed qui occidit Chriſtianum opera aſſaſſinorum, de quibus loquuti fuimus ſuperius, cap. 7. & licet ibi aſſeuerauimus, quod hodie, cum præfatum hominum genus non reperiatur, propterea ex longa interpretatione, & communi vſu loquendi receptum ſit, vt aſſaſſini dicantur omnes, qui, vel mandato, præcio conducentes, operas etiam Chriſtianorum aliquem occidi faciunt, vel qui præcio conducti hoc ſcelus committunt.

Aduertendum tamen erit, quod ad effectum, vt Clericus incidat in pœnam ipſius tex. omnia in eo contenta concurrere debent.

9 Quia quando in diſpoſitione aliquid præſupponitur, vt præſuppoſitum locum habeat, præſuppoſitum verificari debet, gloſ. in l. mancipia in ver. aduertendum, vbi Caſtren. & alij. C. de ſer. fugit. Alexan. in rub. ff. ſolut. matrim. numer. 22. Soc. ſen. conſil. 71. numer. 23. lib. 4. Dec. in l. 1. num. 14. C. de eden. conſil. 90. num. 2. conſil. 259. num. 6. conſil. 275. numer. 12. conſil. 290. num. 3. conſ.

291.

291.num.8.conſil.317.num.2.conſil.325.circa princip. conſil.327.ſub num.6.conſ.440.ſub num.3.conſil.400. ſub num.8.conſil.466.num.8.conſil.511.num.4. conſil. 519.ſub num.5.conſil.540.in princ.conſil.591.num.4.& conſ.644.in fin.

Sed quando aſſaſſinium committitur,ſed non per ipſos aſſaſſinos, de quibus in text. non verificatur præſuppoſitum, ideo non debet habere locum diſpoſitio ipſius texeo quia Sum.Pont.ibi priuauit,& deſtituit Clericos Clericali priuilegio ob illam ignominiam,quę inferebatur nomini Chriſtiano, vt Principes etiam à prædictis aſſaſſinis cogerentur ſe; & eorum bona redimere, quod potiſſimè eſt attendendum in hac materia,& diſpoſita in d. cap. 1. quod eſt pęnaliſſ.& odioſiſſ. ſunt intelligenda in propria ſignificatione verborum.ita Rim.iun. in puncto d. conſil. 685.num.11.lib.6.

Et quamquam hoc crimen aſſaſſinij ex longa interpretatione,& vſu hodie etiam committatur abſque dictorum infidelium interuentu,non propterea Clerici veniunt, ita
10 de facto priuati eorum † priuilegio, vnde benè dicebat Clar.in pract.§.fin.dict.quæſt.36. num.31. Quod requiritur ſententia declaratoria, per quam iudex pronunciet, & ipſum eſſe aſſaſſinum, & hanc communem opinionem eſſe affirmat de mente Couar.Capic.& Plach. Qua declaratione facta, non requiritur alia ſententia, per quam imponatur pœna dicti cap. 1. ſed ſtatim illas ipſo iure incurrit Clericus, vt conſultus reſpondit Alexand. conſil.166.num.primo,lib.7.qui ita communiter tenere omnes Doct. aſſerit, & ſentit Aufrer. de poteſt. ſecul. ſup. Eccleſ. perſo. dicto num.26.vbi dicit, quod non requiritur alia ſententia, ſcilicet,quæ det licentiam occidendi, & huiuſmodi, quia ſufficit, quod ſit declaratus aſſaſſinus,

nus, vel fautor, & ita tenet Lopez. in addit. ad pract. Diaz.c.98.in ver. præcedat degradatio.verſ. nota.tamen vtiliter.Capic.deciſ.112.in princ & comprobat Farin.d. quæſt.8.num.85.vbi latiſs.hanc eſſe communem ſententiam demonſtrat.

Et præcipuè ſi admitteremus, quod abſque declaratione iſta Clericus poſſet puniri à laico, reſultaret, quod per ſimplicem quærelam,& imputationem de aſſaſſinio, amitteret beneficium fori,quod non eſt dicendum.

11 Et declaratio iſta debet fieri per iudicem Eccleſiaſticum,& non laicum,vti de iure clarum eſſe affirmat Clar. dict.quæſt.36.ſub numero 31.licet apud eos contrarium de facto ſeruari dicat, ſed contrarium verum eſſe de iure comprobat Lopez.ad Diaz dict.capit.98. verſic.nota tamen vtiliter.

Quapropter non curandum de dictis reſponſis Decia. & Soc. Quia non mirum,cum Soc. Piſis legeret,Decia.vero Paduæ,& ambo ſub magna mercede Dominorum laicorum,pro quibus conſuluerunt.

Et communis eſt opinio,quod declaratoria iſta ab Eccleſiaſtico iudice proferenda requiratur, vt dicunt omnes in dicto c.1.de homicid.in 6.& d.cap.cum non ab homine,de iudic.& concludit Capic.d.deciſ.112. in fin. & conſuluit Card.Alban.conſil.13.vbi reſpondit, quod nõ poteſt laicus Clericum vti aſſaſſinum punire,niſi poſtquã fuerit à iudice Eccleſiaſtico vti aſſaſſinus bannitus, diffidatus, & condemnatus,& ita eum refert Farin.d.q.8.nu. 85.in fin.

12 Sed quid dicendum de Clerico, qui in profundum malorum delapſus, dimiſſis tonſura, & habitu Clericali multis ſe immiſcuit enormibus,ita,& taliter, quod poſſit nuncupari ſcelerum miniſter, an ipſo iure ſit priuilegio Cle-

Clericali deſtitutus, qui, & ſi ſacris ordinibus ſit ornatus, poſſit nihilominus à iudice laico puniri; In quo articulo Hoſtien. Ioan. Andr. & Butr. in cap. perpendimus. de ſent. excommun. Anch. in reg. ea, quæ. quæſt. 12. de reg. iur. in 6. quorum opin. eſſe communem affirmat Aufrer. in Clement. 1. de off. ord. reg. 1. fallent. 19. voluere, quod iſte Clericus ita ſceleribus deditus, & inueteratus poſſit à iudice laico puniri.

Nec eſt hoc in caſu neceſſaria trina monitio, quæ alioqui iure ordinario requiritur, quos omnes retulit Couar. pract. quæſt. cap. 32. ſub numero ſecundo, cui ſententiæ patrocinari videtur text. capit. vnic. de vit. & honeſt. Cleric. in 6. vbi datur caſus, in quo Clericus etiam in ſacris, abſque vlla degradatione amittit priuilegium Clericale omnino ipſo iure, etiam quo ad forum, ſecundum communem intellectum ipſius tex. cum quo concordat. c. 1. de apoſtat. vbi hæc communis probatur ſententia, à qua non recedit Henric. Boic. in c. ex litteris, colum. penul. de vit. & honeſtat. Cleric. & Caſsan. in conſuet. Burgund. rub. 1. §. 5. num. 55. atteſtatur opinionem iſtam communiter in praxi receptam eſse, quos omnes recenſet Couar. pract. q. d. c. 32. ſub nu. 2. & habemus tex. d. c perpendimus. de ſent. excom. quem ita cõmuniter, & magis cõiter interpretari à Scribentibus teſtatur Boſs. in tit. de for. comp. n. 134. 139. & 140. & hanc opinionem ſeruari affirmat Capr. concl. 97. nu. 76. & Farinac. de inquiſitio. d. q. 8. n. 53. vbi comprobat, quod diſpoſitio d. c. perpendimus. non ſolum procedit in beneficio Canonis, ſi quis ſuadente diabolo. Sed etiã in priuilegio fori, & hunc intellectum eſſe magis cõiter receptum affirmat, per ea, quæ ſcripſerunt Clar. d. q. 36. nu. 23. & Alex. de Neuo latiſs. d. conſ. 59. nu. 12. & ſeq. & hanc opinionem magis

com-

communem pronunciat. Sigiſm. Scacc. de iud. cauſ.crimin.d.c.11.num.62.& 78.in fin.in 2.limit.& Decian. d. cap.9.num.88.lib.4.

Contrariam vero partem ſequuti ſunt multi, quibus diſplicuit,& nimis graue viſum fuit, Clericum nulla legitima monitione præmiſſa.priuilegio fori priuari,ex eo quod multis enormibus criminibus operam dederit,& ſe immiſcuerit,& Anch.in d.c.1.de Apoſtat. dixit illius capituli deciſionem non militare niſi in ſpecie, & caſu, quo loquitur Panor.& Card.in d.c.perpendimus d. tex. intelligunt quo ad priuilegium Canonis tantum, non autem quo ad priuilegium fori,& ita d.tex.intelligendum eſſe comprobat Alex.d.conſ.8.lib.1.Soc.d.conſ.12. num.19. lib.1.Clauas.in ſumm.in ver.Clericus.10.q. Silueſt.in ſum.in ver.Clericus il 30.num.9. cui non obſtare tex. d. c.vnici.de vit.& honeſt.Cler.in 6.aſſentit Couar.d.c.32. ſub nu.2.in fin.Quia illa Conſtitutio pœnalis eſt, & ideo non extenditur ad alium caſum, & propterea in Clerico in ſacris conſtituto magis ſibi placere opinionem illorum, qui hanc partem tuentur.Et re vera, vt inquit Clar. d. q. 36.nu.23.negari non poteſt, quin tex.d.c. perpendimus intelligendus ſit in beneficio Canonis,& non fori, cum multum applaudeat litteræ illius, dum dicit (propter hoc ad obtinendam abſolutionem Apoſtolicam Sedem adire cogantur.)Quæ verba magis videntur conuenire excommunicationi, quæ infertur per Canonem ſi quis ſuadente. Quam illi, quæ infertur propter violatum priuilegium fori.

13 Pro reſolutione huiuſcæ quæſtionis diſtinguendum eſſe putarem, an Clericus iſte, qui ita enormibus ſe immiſcuit, ſit in minoribus conſtitutus ordinibus; nam cum poſſit relinquere Clericatum, & redire ad ſecularitatem,

non

non ſolum expreſsè renunciando Clericatui,ſed etiam tacitè,& de facto contrahendo matrimonium, & dimittendo habitum,& tonſuram Clericalem,qui,ſi nedum enormibus ſe immiſceat,ſed etiam ſi quouis modo deliquerit nulla admonitione,neq; ſolemnitate aliqua adhibita,poterit à laico iudice puniri,cum per dimiſſionem ſolummodo habitus renunciauerit beneficio Clericali,& ſacra Trid. Synod.in c.nullus primæ tōſuræ initiatus quod eſt.6.23. ſeſſ.de reform.decreuit,quod Clericus in minoribus conſtitutus non gaudeat beneficio fori, niſi incedat in habitu & tonſura,& de mandato Epiſcopi alicui Eccleſiæ inſeruiat,vel habeat beneficium Eccleſiaſticum,vbi aduertendum erit,quod copulatiuè requiritur delatio habitus, & tonſuræ Clericalis, & ſeruitium Eccleſiæ de mandato Epiſcopi,& ſic non ſufficeret delatio habitus,& tonſuræ, ſi non inſeruiret Eccleſiæ.Quapropter vna cum tonſura, & veſtibus Clericalibus,vnum ex duobus requiritur, aut beneficium Eccleſiaſticum, vel ſeruitium Eccleſiæ, quibus deficientibus,iſti Clerici in minoribus priuilegium fori non ſortirentur. Quod Sanctiſs. & cum ſumma prudentia Decretum iſtud editum fuit, ne in Eccleſia Dei meri cerdones,pelliones,corriarij,fullones,& ſimiles nudæ tonſuræ prætextu immunitatibus fruerentur, quæ in Clericorum fauorem Diuino muneri miniſtrantium conceſſæ fuerunt,ita Lopez ad Diaz,c.64.in fin.& de iſto ſacri Concilij Decreto verba fecerunt Cartar.de interrog. reor.lib.1.c.1.n.12.& Scacc.d.c.11.nu.82.

14 De Clerico autem in ſacris conſtituto,cum non poſſit, nec tacitè,nec expreſsè renunciare beneficio fori, vt ſuperius enucleauimus,iterum diſtinguendum erit. Quod aut iſte, dum enormibus ſe immiſcet,retinet habitum, & tonſuram Clericalem, & tunc quauis enormitate ab

ipſo commiſſa, non poterit à laico puniri, & hoc mihi perſuadet Clar.d.q.36.n.24.vbi nobis mandauit in hæc verba. Cæterum ſi Clericus incedat in habitu, & tonſura, ceſſant hæc omnia, nam quantumcumq; grauia crimina cõmittat, & illa reiteret, in eiſq; perſeueret, nunquam efficitur de foro ſeculari. hæc Clar. quam ſententiam communem eſſe probat. Boſſ. in tit. de for. compet. ſub nu. 134.

15 Si verò Clericus dimiſſis veſtibus Clericalibus, & tonſura, ita perſeuerando in delictis, nil ſæuum, & enorme tentare non erubeſcat, hoc in caſu poſſe à iudice ſeculari comprehendi, & puniri cum communi Scribentium ſententia, dicendum eſſe affirmo.

Quod intelligendum erit, vbicumq; quis non incedit in habitu eo animo, vt non modo illo in delicto, in quo deprehenſus eſt, habeatur pro laico, ſed generaliter in omnibus, quia in nullo tẽpore volebat haberi pro Clerico, puta, quia per annum, & vltra, ſemper commoratus eſt, & vixit, & negotiatus eſt palam, vti laicus, negando ſe Clericum, & ideo cum talis ſit apoſtata, poterit puniri per laicum, dato, quod conſtaret eſſe Clericum, ſi in atrociori delicto fuerit deprehenſus, ita Decia. d.c.9.n.92. lib.4.

16 Semper tamen cum conditione, vt iſte ſceleſtus Clericus, & ſuæ dignitatis immemor, fuerit prius ter monitus à ſuo Prælato, quia, vt diſpoſitio d.c. perpendimus, habeat locum, trina requiritur monitio, per tex. in c. audientia, de ſent. excom. in c. fin. de vit. & honeſt. Cler. in c. contingit il 2. de ſent. excom. in 6. Io. Andr. & Butr. in d. c. perpendimus. Cepo. cauſ. crim. conſ. 11. & n. 36. & ſeq. Brun. conſ. crim. diuerſ. conſ. 115. n. 68. & ſeq. lib. 2. magnæ impreſſionis, Couar. d.c.32.n.2. in fi. Alber. in 2. p. ſtat. q. 42. vbi communi obſeruantia teſtatur. Alex. d. conſ. 8. nu. 2. lib. 1. Gramm. vot. 33. n. 11. & ſeq. & ſuper conſuet. Regni

qi fol.

fol. 29. col. 1. verſ. 10. vbicumq; Imo in c. 1. de apoſt. Viu. com. opin. verſ. Clerici. Menchiach. lib. 3. de teſt. §. 22. n. 63. Roland. d. conſ. 4. n. 31. lib. 1.

Nec refragantur adducta in contrarium à Farin. d. q. 8. ſub n. 34. Nā omnes loquuntur, & ſunt intelligendi, quod ſaltem iſti Clerici fuerint moniti in Synodo Diœceſana, vt habitum, & tōſuram Clericalem deferant, ſub pęna amiſsionis iſtius fori priuilegij, quo in caſu illam monitionem ſufficere ſcribit Clar. de mente Hoſt. & Alex. de Nevo. d. q. 36. n. 20. & non diſſenſit Farin. d. q. 8. n. 62. Quinimo ipſe Farin. ibid. n. 58. affirmauit, quod antequam Clericus enormibus ſe immiſcens, puniri poſſit à laico, opus eſt, vt ante omnia de enormitatibus conſtet, eo quia qualitas tribuens iuriſdictionem debet in primis probari ad hoc, vt iuriſdictio locum habeat, l. 2. §. ſed & ſi dubitetur, & l. ſi quis aliena, ff. de iudic. Bal. in l. idem profeſſus, & in l. præſcriptione, C. ſi contr. ius. vel vtil. pub. & dicunt omnes in c. ſi Clericus laicum, de for. comp. Plach. in epit. de lict. c. 19. nu. 27. Et ſi aliter diceremus, ſequeretur abſurdum, quod Clericus poſſet proceſsari, incarcerari, & torqueri per iudicem laicum ſub colore, quod enormitatibus ſe immiſceret, & propterea opus eſse docet Farinac. vbi proximè, quod Clericus in flagrāti reperiatur, & quo modo id fiat, oſtendit. Qualia autem ſint enormia delicta, declarat idem Farinac. ibid. num. 59.

17 Et propoſitio à nobis ſuperius firmata, quod Clerici ſunt à iuriſdictione laicali prorſus exempti, ampliatur procedere, etiamſi Clericus non opponeret de Clericatu, & nemo pro eo in iudicio compareret ad allegandum priuilegium Clericale.

Quia & ſi proceſsus factus per iudicem laicum contra Clericum, quem non conſtabat talem eſse, valeat, vt conſuluit

fuluit Dec.conſ.125.n.7.Calde.de iud.& for.comp. cōſ. 12.1.dub.Zabar.in Clem.1.col.2.appoſ.2.de exceſ.Prælat.Alex.ad Bar.in l.2.ſub n.12.ff.de appell.reci.

18 Quia regulariter quilibet priuilegiatus tenetur comparere ad allegandum priuilegium,gloſ.in c.conuenior.in ver.congruerat.23.q.8.in c.ſi Epiſcopus,in ver. conuocari ad fin.3.q.2.in c.cum ordinem,vbi Doct.de reſcr. & in c.ſuper litteris,in ver.niſi forſan.eo.tit.in c. cum parati. in ver.obtentu.de appellat.in c.cum perſonæ,in fi.de priuil.in 6.Scribentes in l.2.ff.de in ius.vocan. eſt tex. ibiq; Doct.in l.ſi quis ex aliena,ff.de iudic.Hoſt.in ſum.tit.de iudic.§.quæ ſunt neceſſaria n.9.Alex.per eum tex. in l.2. n. 3.ff.ſi quis in ius voca.non ier.c.veniens,& ibi gloſ. in ver.propter contumaciam,de accuſat.

19 Tamen quam cito cōſtiterit de Clericatu,iudex laicus de facto reuocare debet,quod de facto fecit, ita Spec. de citat.§.1.n.20.p.2.Archid.in c.placita,15.q.4.Io.Andr. in c.regula ſcienti.in mercur.Cyn.in l.generaliter, C.de Epiſc.& Cler.& citatis his,& alijs,firmat Alex.conſ.149. nu.13.lib.6.vbi dicit,quod proceſſus eſt ipſo iure nullus, etiam Clerico non comparente, & tanquam laicum citato,& ſingulariter dixit Marſ.ſing.694.

20 Quod apud omnes ſanos mente notum eſſe putat,quod Clericus non poteſt conueniri ſub iudice laico.Quinimo quilibet proceſſus factus per iudicem laicum contra Clericum eſt nullus;& quælibet ſententia eſt nulla, quamuis nemo pro eo comparuerit ad allegādum priuilegium Clericale;proſequitur latè Grammat.vot.18.num.19.&ſeq. vbi de mente Bal.in l.generaliter,C.de Epiſ.& Cler.ſcribit quod ſi eſſet proceſſum contra Clericum per iudicem laicum diffinitiuè,ipſum condemnando,& à ſententia illa non ſit per ipſum Clericum appellatum, quod nihilominus

nus ſi comparet cum inſtrumento Clericatus,dicendo de nullitate proceſſus,& ſententiæ,quod omnino eſt audien dus, & proceſſus , & ſententia erit nulla , ex quo veritas eſt,quod talis allegatio procedit,& reddit iudicium retro nullum ex defectu iuriſdictionis;& hoc idem dixit Bald. in l.prima,C.ſi non à compet.iud. Quia defectus iuriſdictionis,quando deficit ipſo iure,iuriſdictio ſemper opponi poteſt,etiam ſi ſtatutum dictaret generaliter,quod non poſſit opponi de nullitate ſententiæ , vt notatur in Clem. 1.de ſequeſtr.poſſeſſ.& fruct.vbi eſt gloſ.ſingularis,& ipſe Gramm.concludit in deciſ.61.per totam, vbi multa in hac materia.

Et exceptio iſta incompetentiæ iudicis quandocunq; opponi poſſet,etiam poſt ſententiam,quinimo nec etiam eſt neceſſe,quod opponatur; cum omnia acta facta per iudicem laicum contra Clericum ſint ipſo iure nulla,vt docuit Clar.d.q.36.verſ.eſt autem hæc exceptio;proſequitur Decian.d.c.9.num.61.&num.115.lib.4.vbi affirmat, quod Clericus condemnatus à iudice laico,eo quia non oppoſuerit incompetentiam,habet duplicem viam reparandi grauamen illarum,Couar.pract.quæſt.d.c.32.nu.2 Roland.d.conſ.4.nu.10.lib.1.conſ.52.nu.42.lib.2.Vrſil. ad Afflict.deciſ.2.nu.2.& ſeq.Lopez ad Diaz c.62.nu.2. & 3.Vant.de nullit.tit.de nullit.ex defect.iuriſd.nu.101. Alex.de Neuo.d.conſ.56.nu 6.& ſeq.Soc.conſ.12.lib.1. & citatis alijs, Farin.d.q.8.nu.15.quibus addo Corol.de Graſſ.de excep.ad ſtat.exclud.omn.excep.18.excep. per tot. vbi multa ſcribit de exceptione iſta incompetentiæ iudicis.

21 Bene verũ eſt,quod ſi Clericus,vti laicus, citatus non comparuerit ad allegandum priuilegium Clericale, ſed diſtulerit vſque ad ſententiam,vel poſt, cuius vigore ca-

Digitized by Google

ptus fuerit, quãquam acta, & proceſſus ſint, vti diximus, nulla, deberet attamen in expenſis condemnari, ita ſentit Felin. in cap. exceptionem, in prin. de excep. Calderin. d. conſ. 12. de iud. & for. compet. Boer. in Conſtit. Burgund. de coſtumes, concernans, §. 21. col. fin. Aufrer. in Clem. 1. de off. ord. reg. 2. num. 23. Dec. conſ. 241. Couar. d. c. 32. num. 2. pract. quæſt. Vrſil. ad Afflict. d. deciſ. 2. num. 4. & 5. Lopez ad Diaz c. 62. num. 6. Aſin. in pract. §. 32. in ſexto, ampliat. num. 1. Farinacc. dict. quæſt. 8. num. 8. & num. 16. Bellamer. deciſ. 226. Marſ. in l. patre, vel marito, num. 77. ff. de quæſt.

At cauendum velim, quod iſta expenſarum condemnatio non à iudice laico, ſed ab Eccleſiaſtico facienda eſt, quia ſecularis iudex non poteſt Clericum in expenſis condemnare, ſed nec etiam multare, ratione contumaciæ. Bald. in l. generaliter, & in l. ſi quis ex aliena, ff. de iudic. in l. 2. C. de Epiſc. & Cler. Abb. in cap. ſi diligenti, colum. penul. de for. compet. Grammat. vot. 18. num. 15. & ſeq. Guid. Pap. deciſ. 450. Couar. dict. cap. 32. num. 2. Roland. conſil. 12. num. 38. & ſequen. lib. 2. Vant. dict. titul. de nullitat. ex deffect. iuriſdict. num. 101. latè deffendit Dec. conſ. 241. in primo dub. Surd. conſil. 396. num. 28. lib. 3.

22 Nec erit curandum de Bart. qui contrarium tenuit in l. non videtur, la prima, num. 1. ff. de iudic. quam Bart. doctrinam ſeruari aſſerit Aufrer. in addit. Tholoſ. deciſ. 165 & ſecundum Bart. fuiſſe iudicatum per Curiam Neapolitanam atteſtatur Grammat. vot. 27. in prin. Quia dictum Bart. reprobatur, & contra eum eſt vera, & communis opinio, teſte Carauit. ſuper rit. magn. cur. 235. nu. 11. & Clar. d. quæſt. 36 num. 5. in fin. ait, ita ſeruandum à iudicibus Deum timentibus, & quod malè iudicauerit Curia Neapolitana

politana probat Grammat.d.vot.27.per tot.& Boer. expreſsè improbatur à Couar.vbi ſupra, & latiſſ. Lopez ad Diaz,c.64.num.7.qui poſtquam retulit, quod in Hiſpania contrarium obſeruatum fuerit,exclamat, iniquiſſimè factum, & contra ſacras iuris Pontificij Conſtitutiones iudicatum fuiſſe ab illo iudice,& ſi caſus aliquando contigerit,admonet iudices,vt ab huiuſmodi errore caueant, & cum hac opinione tranſit Fari.d.q.8.num.17.

23 Et ſicuti diximus,iudices ſeculares ſunt incapaces cognitionis delictorum perpetratorum à Clericis, ita nec eos examinare,& interrogare poterunt ad finem criminis indagandi,quia quemadmodum iudicando perſonã Clerici tangere non poſſunt,ita neque hoc ſententiæ præambulum exercere poſſunt,ita docuit gloſ.in cap.at ſi Clerici de iudic.per quam conſultus reſpondit Bart.conſil.80 & bene dicebat Bald.in dict.cap at ſi Clerici, quod confeſſiones Clericorum coram iudice laico non debent in actis redigi,&habemus Bullam in Cœna Domini hoc prohibentis,de qua meminit Viui.commun.opin.verb.iudex laicus,vbi admonet ſeculares iudices,vt ſicut ab igne,caueant,ne ſe ingerant,ac intromittãt aliquo modo in cauſis criminalibus Clericorum,& aliarum Eccleſiaſticarum perſonarum,prout cum refert, & ſequitur Cartar. de interrog.reor.d.cap.1.num.12.

24 Ita,& taliter iudices ſeculares ſunt incompetentes in cognoſcendis criminibus Clericorum, quod non ſolum non poſſunt iudicare condemnando c.1.& 2.de for. compet.Alex.conſ.149.num.1.lib.6.Menoch. de arbitr.q.43 num.15.Honded.dict.conſil.3. num.21. lib.1. ſed, quod plus eſt,nec etiam abſoluendo,ita Bald.& cæteri, in Authent.Clericus,C.de Epiſc.& Cler.vbi Bal.dicit hanc eſſe veritatem.

Ex regula, quæ negatiuè formatur, qui non poteſt condemnare, nec etiã abſoluere poterit, l. nemo, qui condemnare, ff. de reg. iur. l. qui condemnare, ff. de re. iud. c. non poteſt, vbi latè Felin. de re. iudi. & ita negatiuè arguit Iuriſconſultus in l. ſolent. in prin. ff. de off. Proconſ. ibi que Bal. 2. not. Soc. ſen. in rub. ff. de acq. poſſ. num. 8. vbi poſt alios diſſerit ſatis copioſè. Menoc. de arb. d. q. 43. nu. 25. Fari. d. q. 8. ſub num. 46. verſ. amplia. 19.

Quamquam Iaſ. in d. l. qui condemnare, nu. 2. ff. de re. iudic. ſenſerit, quod iudex laicus poſſit abſoluere Clericum à delicto ſeculari, licet pro condemnando debeat eũ remittere ad Epiſcopum, per tex. §. illud palam, & ibi glo. notat pro mirabili, in Authent. vt Cler. apud propr. Epiſ. & in Authent. Clericus, ibiq; etiam gl. C. de Epiſ. & Cler. Et corroborari poſſet Iaſ. ſententia ex illa declaratione, quæ affertur ad regulam iſtam negatiue, vt ſupra conceptam. Quia laicis iudicibus condemnatio Clericorum fauore, & priuilegio perſonæ Clericorum prohibetur, ideo abſolutio prohibita non cenſetur, ne in odium retorqueatur, quod ad fauorem fuit introductum. ſic Bald. in l. quoties. n. 2. C. vbi Senat. vel Clariſſ. ſecutus à Dec. in d. l. nemo, qui condemnare, n. 2. ff. de reg. iur. Alciat. in rub. ff. de acq. poſſ. n. 9. Rip. in d. l. qui condemnare. n. 7. ff. de re. iudic. vbi de Clerico exemplum affert.

Sed aduertendum erit, quod dicta per Iaſ. procedebant de iure antiquo, quo laicus poterat vna cum Epiſcopo cõdemnare de delicto ſeculari, vt in iuribus, & glo. adductis à Iaſ. & dicit ipſemet Iaſ. cum, iure illo attento, non eſſet Clericus in totum exemptus, & iudex laicus non eſſet totaliter ſine iuriſdictione in Clericum, cum poſſet ſimul cum Epiſcopo condemnare, & propterea non mirandum, ſi ſolus poterat abſoluere, ſed cum iura illa fuerint correcta,

cta, & per Authent. ſtatuimus. C. de Epiſcop. & Cleric. & per iura Canonica, vt in dict. cap. 2. & 3. de for. competen. per quæ omnino eximuntur Clerici à laicali iuriſdictione; quapropter nec etiam abſoluendo cognoſcere de præſenti poteſt laicus de delictis perſonarum Eccleſiaſticarum; & hanc opinionem ſequitur Cagnol. in dic. l. nemo, qui condemnare, in vltimis verbis, ff. de reg. iur. & rationem ſuperius aſſignatam ponderat Decia. d. c. 9. num. 9. in fi. lib. 4.

Nec inducta in fauorem Clericorum retorquentur in odium, Nam magis fauorabile eſt, quod nullo pacto ſubiaceant iuriſdictioni laicali.

Nec eis prodeſſet abſolutoria lata ab incompetenti prorſus iudice, vt affirmant Panorm. in c. ſi diligenti, nu. 33. de for. compet. & Dec. in cap. cum ordine, in fin. de reſcrip.

25 Regulam iſtam, quod Clericus pro quocumq; crimine, & delicto enormi puniri non poſſit à laico iudice reſtringendam eſſe dicunt multi ad Clericum incorrigibilem, quem vtique puniri poſſe contendunt, nulla præcedente degradatione, per tex. in c. cum non ab homine, de iudic. quem ita intellexerunt Io. Andr. Card. & Imo. vbi Boſſ. tit. de for. compet. num. 131. Foller. in pract. crimin. verſ. audiantur excuſatores, nu. 40. & ſeq. Brun. d. conſil. 115. num. 12. & ſeq. crim. diuerſ. lib. 2. Alex. de Neuo. d. conſ. 56. n. 28. & 30. & dixit Couar. pract. quæſt. d. cap. 32. num. 2. & aſſentit Clar. d. q. 36. n. 33. vbi ait, quod ſi Clericus ſit vere incorrigibilis, eo caſu vtiq; poterit per iudicem ſecularem abſq; vlla degradatione puniri, etiam ſi ſit in ſacris conſtitutus.

26 Et hoc tanto facilius procederet, ſi talis Clericus incorrigibilis non poſſet ab Eccleſia puniri, quia tunc abſque

alia

a lia degradatione poſſet per iudicem ſecularem comprehendi, ſecundum communem opinionem, de qua Aret. in d. cap. cum non ab homine, ſub num. 39. de iudic. relatus à Diaz. in pract. Cano. c. 131. quos omnes ſequitur Clar. d. q. 36. nu. 33. in fi. & cum præfatis reſidet Scacc. d. cap. 11. num. 56. qui relatis alijs, de communi quoque teſtatur, & aſſentit Farin. d. q. 8. nu. 47. in fin.

27 Et ſciendum eſſe velim, quod quando Clericus vti incorrigibilis, poteſt à laico puniri, non punitur ſecundum iura Canonica, ſed iuxta legum ciuilium diſpoſitionem, cap. ad falſariorum, de crim. falſ. Abb. in dicto c. cum non ab homine. in vlt. not. Clar. d. quæſt. 36. verſic. ſed an ſecularis iudex. Foller. dicto ver. audiantur excuſatores, numer. 41. & Diaz dicto cap. 131. prope finem, quæ omnia de plano procedere aſſerit Farinacc. dict. quæſt. 8. numer. 48.

28 Difficultas itaque erit, quando Clericus dicatur incorrigibilis, & tex. in d. cap. cum non ab homine, de iudic. in quo Celeſtinus Pap. iij. ſanciuit, Clericum in aliquo crimine deprehenſum legitimè, atque conuinctum ab Eccleſiaſtico iudice deponendum, qui ſi adhuc incorrigibilis fuerit, excommunicari debere, deinde contumacia creſcente, anathematis mucrone feriri, tandem ſi in profundum malorum veniens, contempſerit, cum Eccleſia non habeat vltra quid faciat, ne poſſit eſſe vltra perditio plurimorum, per ſecularem comprimendus eſt poteſtatem. Ex quo text. colligere poſſumus, quod vt Clericus fori priuilegium perdat, oportet de neceſſitate, quod depoſitio præcedat Clerici incorrigibilitatem, quæ depoſitio eſt fienda à iudice Eccleſiaſtico, quia à ſeculari fieri non poteſt. vt declarat Dec. in cap. at ſi Clerici, col. pen. & fin. de iudic.

Nec

Digitized by Google

Nec etiam ſufficeret iſta depoſitio, ſed vlterius poſt depoſitionem,& incorrigibilitatem requiritur, quod ſequatur excommunicatio, & adhuc non ſatis erit, quia etiam anathematis mucrone debet feriri, & tandem cum Eccleſia nil vltra facere poſſit,tunc iudici ſeculari eſt aperta via,& data facultas procedendi in eum,& condemnandi,vt notant Soccin.reg.tractat.reg.56.in 10.fallent. practic.Conrad.tit.de inquiſit.num.8. in quinta limitat. & in hoc caſu Clericum reputari incorrigibilem dubitandum non eſſe vna cum Farin.dict.quæſt.8.num.50.dicere poſſumus.

Quia & ſi Felin.in dicto cap.cum non ab homine, numer.9.& ſeq.velit, quod ſecundum communem Doctorum mentem ſit neceſſaria iudicis declaratio ſuper incorrigibilitate,tamen quotieſcumque erit ſeruata forma d. tex.dicendum erit,Clericum ipſo iure ab Eccleſia demiſſum,& ficte declaratum incorrigibilem,ita pluribus comprobat Scacc.d.c.11.nu.55.& ſeq.& ideo non erit opus alia declaratione.

Ex quibus apparet non eſſe curandũ de relatis à Clar. dicta quæſt.36.de obſeruantia Pariſienſis Curiæ, quod poſt binam remiſſionem factam de Clerico, habeatur pro incorrigibili,nulla ſequuta depoſitione,aut excommunicatione, in odium etiam iudicis Eccleſiaſtici negligentis illum corrigere, nam ſunt contra text.prædicti diſpoſitionem,vti ponderat Farinacc.dicta quæſtione 8.numero 52.

29 Regulare igitur erit,quod Clericus in ſacris conſtitutus,vt puniri poſſit à iudice ſeculari pro quo vis crimine etiam enormiſſimo; in primis ab Eccleſiaſtico degradetur, & tradatur Curiæ ſeculari puniendus, quod omnes fateri aſſerit Didac.practicar.quæſtion.dicto cap.32.numero

mero ſecundo. Et hæc duo requiruntur, vt iudex laicus punire poſſit Clericum, vt teſtatur Clar. dicta quæſt. 36. numero 35. & Dec in capit. at ſi Clerici, column. penult. & final. de iudic. efficaciter inducendo, dict. cap. cum non ab homine. ſcribit, quod præfatum capitul. ponit tria dicta.

30 Primum eſt, quod non licet Regi, nec alicui Principi iudicare Clericos ſiue in furto, ſiue homicidio, vel periurio, ſiue in quibuſcumque criminibus fuerit deprehenſus, & hoc primum dictum clarum eſt, quod habet locum in quolibet atrociſſimo delicto, vt illa verba demonſtrãt, & hoc præter Dec. comprobat Rim. iun. dicto conſil. 685. num. 32. lib. 6. Quia vox illa (quibuſcumque) ampliat, & multum extendit generalitatem diſpoſitionis, l. qui autem, §. fina. ff. de conſtit. pecun. ibi (quibuſcumque verbis) cap. quia plerique, de offic. ordin. in 6. tradit Bald. in l. 1. quæſt. 34. ff. de rer. diuiſ. & in cap. Imperialem, de proh. feud. alien. ſequitur Dec. conſ. 436. nu. 16. & Decia. conſ. 51. num. 12. lib. 1.

Secundum dictum prænominati, capit. cum non ab homine, illud eſt, vt inquit Dec. quod Clericus de talibus delictis conuictus deponendus eſt à iudice Eccleſiaſtico, quod dictum etiam habet locum in quocumque delicto grauiſſimo; quia à ſeculari depoſitio fieri non poteſt, & vltra Dec. affirmat Rimin. iun. dict. conſil. 685. numer. 35 libro 6. cum Summ. Pontif. reſpondendo loquatur, dicens (ſeu alio crimine fuerit deprehenſus) debet intelligi de grauiſſimo, virtute dictionis (quibuſcumque) in interrogatione poſita, §. præterea. Inſtit. de inut. ſtip. capitul. inter dilectos, verſic. cæterum, de fid. inſtrument. vbi Bald. Alexand. conſil. 84. in fin. lib. 1. & Decian. conſil. 86. num. 49 lib. 3.

Ter-

Tertium dictum illius, c. cum non ab homine, eſſe affirmat Dec. Quod ſi depoſitus incorrigibilis fuerit, quæ verba ſecundum Dec. faciunt relationem ad præcedentia, l. Iulianus, vbi Bar. ff. de hæred. inſtit. ergo videtur, quod incorrigibilitas habeat locum, & conſideretur in quolibet delicto de ſupradictis licet grauiſſimis, & cum Dec. conformis eſt Bero. ibid. ſub nu. 181. qui aſſerit, quod bene ſciebat Pontifex multa eſſe genera criminum grauia, & grauiſſima, & vt omnia comprehenderet, vſus fuit verbis vniuerſalibus (quibuſcunq;) quæ diſpoſitionem ampliāt, vt per Imo. & Alex. in l. quod dicitur, ff. de verb. oblig. Cōcludamus itaq; in omni delicto eſſe degradationem, & traditionem Curiæ ſeculari neceſſariam, quæ abſq; incorrigibilitate non fit, & nunquàm incorrigibilis Clericus pronunciatur expreſsè, niſi quando traditur Curiæ ſeculari puniendus, quo in caſu, & non aliter, punitur à ſeculari iudice. Vnde videndum erit, quid ſit degradatio, & quotuplex, & pro quibus criminibus infligenda.

31 Etenim degradatio priuilegiorum, & ſacrorum ordinū amotio, & priuatio ob crimen atrox contra Clericum in ſacris conſtitutum facta, vt probatur in c. 2. de pœn. in 6. in c. nouimus, de ver. ſignif. in d. c. cum non ab homine, de iudic. & in c. qualiter, & quando il 2. de accuſ. & hanc diffinitionem, ſeu deſcriptionem attulit Bertach de Epiſ. in 8. par. 4. lib. in prin. & ex mente Decian. in d. c. 9. nu. 78. lib. 4. ſuperius diximus degradationem nil aliud eſſe, quā denudationem omnium priuilegiorum Clericalium, & differt à depoſitione, quia depoſitio iſta eſt à dignitatib. & honorib. amotio, & degradatio propriè eſt ab ordinib. ita Spec. de accuſat. §. 2. nu. 5. p. 3. relatus à Bertach vbi ſup. ſub nu 1.

32 Duplex quoq; eſt degradatio, verbalis ſcilicet, & actua-

lis,

lis,de quibus in c.1.de pœn.in 6.& tradunt Doct. in d.c. cum non ab homine,& in cap.at ſi Clerici,de iudic.Spec. d.tit.de accuſat.§.2.Bertach.de Epiſ.in 3.par.8.par.lib.4 num.1.Felin.in cap.cum non poteſt,circa fin.de re iudic. Scribent.in cap.qualiter,& quando il 2.de accuſat. & in cap.tuæ.de pœn.

33 Verbalis nempe degradatio fit ſolo verbo,vt cum ſententia profertur depoſitionis contra aliquem, ob crimen, vel cauſam aliquam,cuius forma eſt. Quia nobis euidenter,& legitimè conſtat, te tale crimen commiſiſſe, quod non ſolum graue eſt,verum etiam damnabile, & damnoſum,ideo te ſententialiter ab omni priuilegio,& Clericali ordine ducimus deponendum. Et hanc formam poſuit Spec.tit.de accuſat.d.§.2. ſub nu. 7. quem ſequitur Bertach.vbi proximè,& probatur in d.c.nouimus, de ver. ſignif.in c.accedens.50.diſt.in cap.Epiſcopus. 11. q.3. in c.veritatis,de dol.& contum.

Et ita verbaliter degradatus dicitur depoſitus, ſecundum Carrer.in pract.titul.de homicid. §. circa primum, num. 3. quo in loco nonnulla dicit in hac materia ſcitu digna.

34 Quando autem hæc verbalis degradatio imponenda ſit,& pro quo delicto, Abb.in d.c.at ſi Clerici nu. 34. ait, quod multæ reperiuntur gloſ.quarum principales referre intendit,ex quibus tres concluſiones colligit. Prima, eſt,quod omne crimen exigat depoſitionem,ſeu degradationem verbalem, niſi caſus à iure ſit exceptus. Secunda facit regulam in contrarium,vt nullum crimen exigat depoſitionem,niſi in iure reperiatur. Tertia verò, quod nemo veniat deponendus, niſi pro maximo crimine, & hanc Panor.ſententiam ſequitur Barbat.in d.c.at ſi Clerici,num.112.Dec.ibi.num.221. aſſeruit de mente eiuſ-

dem

dem Abb. quod depoſitio non imponitur niſi pro graui crimine,quę vero ſint crimina grauia,iudicis arbitrio relinqui,de quo eſt caſus cum gloſ.in cap.peruenit.de ſent. excom.& notat Innoc.in cap.cum illorum,eod.tit. & firmat Cepo.cauſ.crim.d.conſ.11.num.26.& in ſpecie,quę delicta grauia dicantur,per quæ Clericus deponi poſſit, arbitrio iudicis relinqui affirmat Abb.in d.c.at ſi Clerici, num.34.de iudic.ibique Felin.num.12. latè proſequitur Io.de Silua tract.de benefic.3.par.q.3.num.7.& ibi refert multos caſus, pro quibus Clericus deponitur, & ſcribit Diaz in pract.Cano.c.11.nu.78.grauia cenſeri delicta, quæ doloſè perpetrata ſunt,non quæ imperitè,his citatis Menoch.de arbitr.caſ.266.num 6.

35 Quæ verbalis degradatio eſt quædam depoſitio,vt aduertit Clar.in pract.§.fin.q.74.& ſolet fieri ad duplicem effectum, aut ad pœnam, aut in ordine ad eijciendum eum à foro Eccleſiaſtico, vt declarat Menoch. de arbitr. caſ.415.num.4.& ſeq.Et differt hæc verbalis degradatio ab ordine ab actuali in hoc,quia actualiter degradatus ſtatim eo ipſo,ſubijcitur iuriſdictioni iudicis laici,nec requiritur alia traditio facienda à iudice Eccleſiaſtico, ſecundum communem opinionem; de qua Villalob. commun. opinion.ver.Clericus,nu.71.Clar.d.q.36. verſ. ſcias autem.Farinac.d.q.8.nu.75.Degradatus verò verbaliter remanet adhuc ſub iuriſdictione iudicis Eccleſiaſtici, donec,& quouſque tradatur curiæ ſeculari, ita Silueſt. in ſum.d.ver.Degradatio in princ.& nu.8.Marant.in pract. par.4.diſt.11.num.72.Clar. d.q. 36. & latè proſequitur Scacc.de iud.cauſ.crim.c.11 nu.71.& ſeq.

36 Actualis vero degradatio,quæ fit poſt ſententiam verbalem,quando inſignia ordinum Clerico ſolemniter detrahuntur,quæ etiam dicitur depoſitio ſolemnis,de qua loquitur

lis, de quibus in c. 1. de pœn. in 6. & tradunt Doct. in d. c. cum non ab homine, & in cap. at ſi Clerici, de iudic. Spec. d. tit. de accuſat. §. 2. Bertach. de Epiſ. in 3. par. 8. par. lib. 4 num. 1. Felin. in cap. cum non poteſt, circa fin. de re iudic. Scribent. in cap. qualiter, & quando il 2. de accuſat. & in cap. tuæ. de pœn.

33 Verbalis nempe degradatio fit ſolo verbo, vt cum ſententia profertur depoſitionis contra aliquem, ob crimen, vel cauſam aliquam, cuius forma eſt. Quia nobis euidenter, & legitimè conſtat, te tale crimen commiſiſſe, quod non ſolum graue eſt, verum etiam damnabile, & damnoſum, ideo te ſententialiter ab omni priuilegio, & Clericali ordine ducimus deponendum. Et hanc formam poſuit Spec. tit. de accuſat. d. §. 2. ſub nu. 7. quem ſequitur Bertach. vbi proximè, & probatur in d. c. nouimus, de ver. ſignif. in c. accedens. 50. diſt. in cap. Epiſcopus. 11. q. 3. in c. veritatis, de dol. & contum.

Et ita verbaliter degradatus dicitur depoſitus, ſecundum Carrer. in pract. titul. de homicid. §. circa primum, num. 3. quo in loco nonnulla dicit in hac materia ſcitu digna.

34 Quando autem hæc verbalis degradatio imponenda ſit, & pro quo delicto, Abb. in d. c. at ſi Clerici nu. 34. ait, quod multæ reperiuntur gloſ. quarum principales referre intendit, ex quibus tres concluſiones colligit. Prima eſt, quod omne crimen exigat depoſitionem, ſeu degradationem verbalem, niſi caſus à iure ſit exceptus. Secunda facit regulam in contrarium, vt nullum crimen exigat depoſitionem, niſi in iure reperiatur. Tertia verò, quod nemo veniat deponendus, niſi pro maximo crimine; & hanc Panor. ſententiam ſequitur Barbat. in d. c. at ſi Clerici, num. 112. Dec. ibi. num. 221. aſſeruit de mente eiuſ-

dem

dem Abb. quod depoſitio non imponitur niſi pro graui crimine,quę vero ſint crimina grauia,iudicis arbitrio relinqui,de quo eſt caſus cum gloſ.in cap.peruenit.de ſent. excom.& notat Innoc.in cap.cum illorum,eod.tit. & firmat Cepo.cauſ.crim.d.conſ.11.num.26.& in ſpecie,quę delicta grauia dicantur,per quæ Clericus deponi poſſit, arbitrio iudicis relinqui affirmat Abb.in d.c.at ſi Clerici, num.34.de iudic.ibique Felin.num.12. latè proſequitur Io.de Silua tract.de benefic.3.par.q.3.num.7.& ibi refert multos caſus, pro quibus Clericus deponitur, & ſcribit Diaz in pract.Cano.c.11.nu.78.grauia cenſeri delicta, quæ doloſè perpetrata ſunt,non quæ imperitè,his citatis Menoch.de arbitr.caſ.266.num 6.

35 Quæ verbalis degradatio eſt quædam depoſitio,vt aduertit Clar.in pract.§.fin.q.74.& ſolet fieri ad duplicem effectum, aut ad pœnam, aut in ordine ad eijciendum eum à foro Eccleſiaſtico, vt declarat Menoch. de arbitr. caſ.415.num.4.& ſeq.Et differt hæc verbalis degradatio ab ordine ab actuali in hoc,quia actualiter degradatus ſtatim eo ipſo,ſubijcitur iuriſdictioni iudicis laici,nec requiritur alia traditio facienda à iudice Eccleſiaſtico, ſecundum communem opinionem; de qua Villalob. commun. opinion.ver.Clericus,nu.71.Clar.d.q.36. verſ. ſcias autem.Farinac.d.q.8.nu.75.Degradatus verò verbaliter remanet adhuc ſub iuriſdictione iudicis Eccleſiaſtici, donec,& quouſque tradatur curiæ ſeculari, ita Silueſt. in ſum.d.ver.Degradatio in princ.& nu.8.Marant.in pract. par.4.diſt.11.num.72.Clar. d.q. 36. & latè proſequitur Scacc.de iud.cauſ.crim.c.11 nu.71.& ſeq.

36 Actualis vero degradatio,quæ fit poſt ſententiam verbalem,quando inſignia ordinum Clerico ſolemniter detrahuntur,quæ etiam dicitur depoſitio ſolemnis,de qua

loquitur

loquitur tex.in c.Epiſcopus.11.q.3. eſt executio verbalis degradationis, ſecundum Siueſtr.in ſumm.d.ver.Degradatio.num.1.in fin.& hanc degradationem D.Hieronymus in Epiſtola ad Pammachium regradationem appellat, quaſi quod ex altiori gradu, ſuo vitio ad inferiorem deuoluatur, prout eum refert Lopez ad Diaz in practic.cap.142.num.2.

37 Quæ pœna ab antiquis Canonibus fuit inuenta, vt in cap.ſi quis tumidus,& c.felix.15.q.7.& in Concil.Toleta.4.c.18.& in Concilio Triburien.c.10.in c.2. de tranſlat.Prælat.in c. 2. de pœn. in 6. quibus in locis ad exauthorandum Epiſcopum duodecim Epiſcopi, ad Presbyterum ſex Epiſcopi, ad Diaconum tres Epiſcopi deſiderabantur.

Verum quia ſumma difficultate tot Epiſcopi poterant congregari, idcirco Gregorius IX.in c.1.de hæret.in 6.diffiniuit, vt ſolus Epiſcopus Clericum in quibuſcumque ſacris ordinibus conſtitutum degradare poſſet, conuocatis Abbatibus, alijſque Prælatis, & religioſis perſonis, & ſacra Tridentina Synodus capitul.4.ſeſſion.13. de reformation.præſcripſit formam, quæ in degradatione ſeruari debet.

38 Degradationis huiuſcæ actualis forma hæc eſt.

Degradandus ſacris veſtibus indutus, & manibus tenens vas, vel inſtrumentum, ſeu ornamentum ad ſuum ordinem ſpectans, ac ſi in ſuo ordine ſolemniter miniſtrare deberet, adducitur ad præſentiam Epiſcopi, & auferuntur ab eo omnia data in ordinatione, incipiendo ab vltimo gradatim, vſque ad veſtem datam in prima tonſura, deinde tonditur, vel raditur, & poteſt Epiſcopus vti ad terrorem verbis oppoſitis his, quæ in ordinatione prolata ſunt, & vltimo loco dicere debet Epiſcopus, (Auctoritate

Dei

Digitized by Google

Dei omnipotentis Patris, Filij, & Spiritus ſancti, ac noſtra, tibi auferimus habitum Clericalem, & deponimus, & degradamus, & ſpoliamus, & exuimus te omni ordine, & beneficio, & priuilegio Clericali,) quæ omnia habentur in cap. degradatio, de pœn. in 6. & hanc formam referunt Spec. d. tit. de accuſat. §. 2. Bertach. de Epiſ. d. par. 3. 8. par. lib. 4. num. 1. Silueſt. in ſumm. dict. ver. degradatio, ſub nu. 1. & de hac ſolemnitate habetur forma in Pontificali Romano.

39 Sed ad iſtam actualem degradationem, pro quibus delictis deueniendum ſit gloſ. notabilis in cap. ad abolendam, de hæret. & in dict. cap. cum non ab homine, de iudic. ponit tria delicta, quæ digna ſunt degradatione actuali, & delinquens in eis traditur curiæ ſeculari puniendus, & ſunt Hæreſis, Falſitas commiſſa in litteris Apoſtolicis, & Conſpiratio in proprium Epiſcopum, quæ gloſ. communiter approbatur, & ſecūdum eam eſt communis theorica Doctorum, vt ait Gugliel. de Bened. in repet. c. Raynutius 3. par. in quæſt. de homicid. num. 3. & ſeq. de teſtam. & eum refert Foller. in pract. crim. Cano. nu. 23. fol. 272. & hanc cōmunem opinionem eſſe comprobat Boſſ. tit. de for. compet. num. 136. & aſſentit Clar. d. q. 36. nu. 36. & dicunt omnes in c. at ſi Clerici. de iudic. In cæteris igitur caſibus ad degradationem hanc actualem deueniendum non erit, vt voluit Anan. in c. 1. quaſi in fin. de Cler. pugnan. in duell. poſt Aret. quem refert. Tamen in contrarium facit regula tradita à Io. Andr. poſt Innocen. in c. qualiter, & quando il 2. de accuſat. vbi æquiparando per modum regulæ pœnas Canonicas legalibus, tradidit pro regula, quod in omnibus delictis, pro quibus per leges imponitur pœna mortis naturalis, per ius Canonicum ſuccedit degradatio, & traditio iudici ſeculari, &

certè cum ad actualem iſtam degradationem deueniatur pro falſificatione litterarum Apoſtolicarum, & pro contumelia illata in Epiſcopum, abſurdum eſſet, quod pro delictis ijs ſatis maioribus, & grauioribus, Clericus actualiter non eſſet degradandus, vti reſpondit Anchar. conſil. 158. numero ſexto. Hinc voluere Scribentes omnes in dicto capitulo at ſi Clerici, & cap. cum non ab homine, de iudic. quod in delicto, pro quo Eccleſia pœnam condignam non habet, deueniatur ad hanc degradationem, prout conſiderat Anch. d. conſil. 158. & tenet Abb. in d. cap. at ſi Clerici, ſub num. 39. & Dec. nu. 255. & Barbat. 122. de iudic.

40 Nos autem, vt aliquam regulam genericam in hac materia demus, ex qua colligi poſſit, quando Clerici ſint ſuſpendendi, deponendi, & degradādi, ſciendum duximus, quod delicta Clericorum pſſt eſſe leuia, & abſque dolo, ſed per imperitiam commiſſa, & etiam cum culpa, quæ tamen dolo non æquiparetur, & tunc Clericus nec deponi, nec priuari debet beneficio, ſed ſuſpendi ad tempus, vel aliter, iudicis arbitrio puniri, c. cum dilecti. de accuſat. Si enim delicta ſunt grauia, & cum dolo perpetrata, & tendunt in graue præiudicium alterius, & magna plectuntur pœna de iure, & iſto caſu poterit deponi Clericus, quod probatur per tradita in dict. capitulo cum ab homine, de iudic.

Rurſus ſi delicta Clericorum eſſent publica, & grauiora, pro quibus tamen de iure non imponitur pœna mortis, & tunc vltra depoſitionem poſſunt detrudi in Monaſterium, iuxta diſpoſita in cap. tuæ, de pœn. Aut delicta à Clericis commiſſa ſunt grauiſſima, & pœna mortis de iure in laico punibilia, & in caſu iſto poterit deponi, & damnari ad perpetuum carcerem per capitul. pen. de hæret.

&

& capitul. nouimus, de verbor. ſignification.

Si verò crimina, & flagitia eſſent ita pernicioſa exemplo,& qualificata,tunc degradatur Clericus, & traditur curiæ ſeculari,vt in d.c.nouimus. ita docuit Abb. in d c. tuæ.de pœn.relatus,& ſequutus à Silueſt.in ſumm. d.ver. Degradatio,ſub num.6.

Et notandum erit,quod dixit Diaz in pract.Canon.d. capit. 142. num.ſecundo. Quod ſine accuſatione nemo degradandus eſt,licet aliàs ſit puniendus, vt in capitulo dilectus,de ſimon.& ſecundum Hoſtien. in ſumm. tit. de accuſat.§.quis ſit effectus accuſationis,verſ.ergo ſine accuſatore.

Et hæc circa degradationem ſufficere poſſe putaui, in quantum pertinet ad materiam,de qua agimus,qui enim plura deſideret perlegat Carrer.in pract.tit.de homicid. circa primum,vbi latiſs.differit.Clar.in pract.§.final.d.q. 36.& q.74.Tabien.Ang.& Silueſt.in ſum.ver.Degradatio.Conrad.Brun.de hæret.c.13.lib.5.Iacob. Septem.in Catholic.inſtit.tit.46.num.69.& 70.Io.Royas in ſing.fidei.ſing.48.Alb.Trott.de ver.& perfect.Cler. lib.1. c.5. num.3.Petr.Gregor.ſyntagm.iur.vniuer.lib.31. cap. 30. per tot.Scacc.de iudic.cauſ.crim.c.11. nu.54. cum plur. ſequent.

Nunquid iudex ſecularis,cui traditus fuit Clericus degradatus, teneatur ſtare proceſſui facto ab Eccleſiaſtico? dixi non nulla ſuperius,c.11.& recurrendum erit ad Decian.d.c.19.num.121.cum multis ſeqq.lib.4.vbi diligentiſſimè,& magiſtraliter hunc articulum tractauit, cui nil addendum eſſe duxi,cum fuerit præceptor meus.

Digitized by Google

De caſibus in quibus laicus de delictis Clericorum cognoſcere poſſit. Cap. XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Summus Pontifex poteſt delegare iudici ſeculari cauſas, etiam criminales, Clericorum.*

2 *Cognoſcere de cauſis eſt iuriſdictionis.*
Ideo Papa poteſt ea, quæ ſunt iuriſdictionis delegare, ſecus ea, quæ ſunt ordinis.

3 *Epiſcopi, & cæteri Ordinarii non delegant laico cauſas criminales Clericorum.*

4 *Nec etiam ſi vna cum laico committerentur* Clerico.

5 *Nec pariter* Clerico *coniugato.*

6 *Laicus an de mandato* Epiſcopi *poſſit torquere* Clericum *abſque incurſu excommunicationis?*

7 *Summ. Pont. poteſt etiam per priuilegium poteſtatem impartiri laico cognoſcendi de delictis* Clericorum.

8 *Quod intelligitur de certis delictis, & de Clericis certi loci, & non per generale priuilegium totum ordinem Clericalem comprehendens.*

9 *Et ſi de priuilegio non conſtaret, tamen ſufficeret poſſeſſio immemorabilis cum allegatione priuilegii.*

10 *Et hoc priuilegium à* Sum. Pont. *reuocari poteſt.*

11 *Priuilegium quando tranſiuit in contractum, quomodo reuocari poſſit, latè diſcutitur.*

12 *Princeps etiam ſupremus tenetur obſeruare contractum; Cũ Deus Principibus ſubiecerit leges, ſed nõ cõtractus.*

13 *Priuilegium conceſſum non ſubdito difficilius reuocatur, quando in contractum tranſiuit.*
Ratioque redditur.

Pri-

Digitized by Google

14 *Priuilegium quando dicatur habere vim contractus.*
15 *Priuilegia iuriſdictionalia non ſubditis conceſſa reuocantur.*
16 *Quando priuilegium incipit nimis lædere reuocatur; quamuis non ſubdito conceſſum.*
17 *Abutens priuilegio meretur priuilegium amittere.*
Et pariter contraueniens.
Et vnicus ſufficit actus.
18 *Priuilegia ſtrictiiuris, ideò ſtrictè interpretanda.*
19 *Clericus coram laico iudice falſum deponens quod puniri poſſit à laico, quod reprobatur, num. 21.*
20 Feder. de Sen. *opinio damnatur, dum voluit Clericum, qui falſum coram ſeculari depoſuit, poſſe puniri ex officio pecuniariter.*
21 *Clericus nullo modo puniri poteſt à laico iudice de falſo coram eo commiſſo.*
22 *Laicus coram Eccleſiaſtico iudice falſum deponens punitur, & eſt locus præuentioni inter Eccleſiaſticum, & ſecularem.*
23 *Clericus, qui officia ſecularia prohibita à Canonibus, & artes ſordidas exercet nunquid punitur per Curiam ſecularem?*
24 *Clericus iaculator, hiſtrio, & buffonus, niſi intra annum reſipuerit, quando puniatur à laico.*
25 *Et quid de Clerico in ſacris.*
26 *Nunquid iſte Clericus pœnitendo poſſit priuilegium fori recuperare?*
27 *Annus datus exercenti artes prædictas quomodo debeat eſſe continuus.*
28 *Clericus perſonaliter, & publicè officium carnificis, macellarii, & tabernarii exercet, nunquid amittat priuilegium fori?*

29 *Et prædicta non extenditur ad alias artes ſordidas.*

30 *Clericus exercens chirurgiam an puniatur à laico, ſi negligens in eius vſu fuerit.*

31 *Clericus poteſt capi à Curia ſeculari, ſi poſt delictum fugam arriperet, ad effectum præſentandi ſe ſuo iudici.*

32 *Et iſta captura facta per laicum infamaret, & faceret iudicium coram Eccleſiaſtico.*

33 *Si non eſſet de fuga ſuſpectus Clericus, non poſſet capi per Curiam ſecularem etiam ad effectum præſentandi Eccleſiaſtico.*

34 *Laicus, qui capit Clericum, vt præſentaret Eccleſiaſtico, non poſſet retinere vltra 20. horas.*

35 *Etiam priuatus poteſt retinere Clericum cum muliere inuentum, dummodo ſit maritus, frater vel filius.*

36 *Clericus arma defferens poteſt armis ſpoliari per Curiam ſecularem.*

Quia armorum delatio prohibetur Clericis.

Quod diſplicet Deciano.

37 *Quando defficeret Eccleſiaſtica Poteſtas propter ſchiſma, tunc Principes ſeculares poſſent ſe intromittere ad id ſedandum.*

38 *Nullus datur caſus, in quo ſecularis Poteſtas puniat Clericos non degradatos.*

Negligentiam Eccleſiaſtici non ſupplet ſecularis iudex.

39 *Et quid agendum, quando Eccleſiaſticus negligit punire Clericos delinquentes.*

1 POSTQVAM pro regula ſuperius firmauimus: Quod Clerici in cauſis criminalibus non poſſunt à laico, & ſeculari iudice puniri, neceſſarium erit videre, an vllus detur caſus, in quo iudex ſecularis abſque degradatione poſſit cognoſcere de delictis

Cle-

Clericorum illoſq; punire, & cum dixerimus, quod nec etiam Papa poteſt legem generalem facere, per quam Clerici laicali ſubiaceant iuriſdictioni, ſciendum nihilominus erit, quod Summus Pontifex poteſt delegare iudici ſeculari cauſas criminales Clericorum, & tunc non iure proprio, ſed vti delegatus Summ.Pont. poſſet iudicare Clericos etiam in criminalibus, vti tenent Innocent. Hoſtien.Io.Andr.& Henrich.Boich.in c.at ſi Clerici.de iud. & probat tex.in cap.præter, §.verum, 32. diſt. vbi Papa commiſit cauſam Clericorum ſimoniacorum duobus Ducibus, dando illis poteſtatem deponendi eos, & quod plus eſt, delictum illud erat ſpirituale. ſimilis, & fortior eſt tex. in c.Menna.2.q.4.quo in loco Papa commiſit arbitrio Reginæ Francorum purgationem infamiæ, quam patiebatur quidam Epiſcopus de ſimonia, & voluit Bal.in l.reſcripta. C.de precib. Imperat.offeren.cum alijs adductis per Aufrer.in repet.Clement.1.de off. Ordin. in prima reg. in 10.fallent.Rip.in cap.2. num.40. & num.73. de iudic. & poſt prædictos Decian. dicto cap.9. num. 70. & ſequen. lib.4.Couar.pract.quæſt.cap.30.num.4.in fin. Clar. in pract.§.final.quæſt.41.num.8.qui ait. quod Papa poteſt, mero laico committere cauſas criminales Clericorum per glo.in cap.bene quidem, in verb.præter.96. diſt. Habet enim Papa in cauſis Eccleſiaſticis abſolutam poteſtatem.Bero.quæſt.famil.q.7.per gloſ.in c.2. de iudic.& in dict.cap.bene quidem.in ver.præter 96.diſt.quam, vt ipſe dicit, totus mundus ſequitur, ſcribit. quod Papa poteſt mero laico committere cauſas ſpirituales, & Eccleſiaſticas etiam criminales Clericorum, quod dicit pariter voluiſſe gloſ.in cap.1.in ver.præcipimus.94.diſtin.& in cap. nullus, 11.q.1.& in d.§.verum.in verb.Ducibus.32.diſt.
2 quod † comprobat Bero. quia cognoſcere de cauſis cri-

minalibus Clericorum eſt iuriſdictionis, & non ordinis, vt colligitur ex his,quæ habentur in ſumm. 10.q.1. & in c.dilectus,de off.Ordin. Vnde Papa poteſt quæ ſunt iuriſdictionis delegare,quia in eis habet plenitudinem poteſtatis,cap.propoſuit de conceſſ.præben. gloſ. in d. §.verum.32.diſt.

Et tantum prohibetur demandare ea, quæ ſunt ordinis,ad tradita per Doct.communiter in c.quando, de conſuet.& aſſentit Scacc.de iud.cauſ.crim.c.11.nu.92.Farinac.de inquiſit. d.q.8.num.4.

Verum iudex laicus, quando vti delegatus Papæ procedit, non id facit auctoritate propria,ſed iure delegationis,qua de re non debemus aſtruere, quod iudex laicus hoc in caſu cognoſcat de delictis Clericorum.

3 Quæ,& ſi vera ſint in Summ.Pont.Epiſcopus vero, & cæteri inferiores Ordinarij hanc poteſtatem non habent, delegandi cauſas criminales Clericorum mero laico, ita Rip.in c.decernimus, num.34. de iudic. vbi de communi Clar.dicta quæſt.41.num.5.Scacc.d.cap.11. num.39. Decian.d.cap.9.num.70.lib.4.qui affirmauit, quod in cauſis criminalibus iudex Eccleſiaſticus inferior à Papa delegare laicum iudicem non poteſt;per gloſ. notabilem in cap.2.in ver.non præſumant.de iudic.vbi Abb.num. 5 & poſt eum cæteri Scribentes,& reſponderunt Alexand. dicto conſil.8.columnn.ſecunda, verſicul. poteſt e am Imperator.lib.primo,& Barbat.conſil.45.num.9. & ſeq. lib.2.

4 Et non ſolum Epiſcopus non poteſt committere cauſas criminales Clericorum mero laico, ſed nec etiam ſi vnà cum laico committeret Clerico,ita Abb.in c.ſignificaſti, de for.compet.& tradit Hoſtien.in ſum.tit.de offic. deleg. §.cui poſſit.verſ.quid ſi delegetur,ſequitur Gemin.

in

Digitized by Google

in cap. 2. §. 1. de iudic. in 6. & hanc dicit communem. Dec. in d. cap. 2. num. 5. in fin. de iudic. Clar. d. q. 41. nu. 6. Rolan. d. conſ. 4. num. 4. lib. 1. Scacc. d. c. 11. num. 39. Farin. d. q. 8. ſub num. 4.

5 Quinimò Epiſcopi, & cæteri Ordinarij, nec etiam cauſas criminales Clericorum poſſunt demandare cognoſcendas Clerico coniugato, per doctrinam Rip. in dicto capitulo decernimus, numero 34. de iudic. Eo quia talis Clericus coniugatus reputatur pro puro laico, præterquam in duobus caſibus, vt ibi, & Rip. refert, & ſequitur Clar. dict. quæſt. 41. num. 7. & fuit opinio Collectan. in dict. cap. 2. de iudic. ſequutus ab Abb. ibi. nume. 15. & eſt communis ſecundum Decian. dicto capit. 9. numero 72. lib. 4.

Et hanc propoſitionem, quod laicus, etiam delegatus ab inferiori à Papa non poſſit ſe ingerere in cauſis criminalibus Clericorum, extendere conati ſunt Doctores, quod nec etiam laicus de mandato Epiſcopi poſſit torquere Clericum, aliàs incideret in excommunicationem Canonis, Si quis ſuadente Diabolo. Io. de Anna. in c. ſuper eo colum. 2. in fin. de crim. falſ. cum alijs congeſtis à Marant. in pract. par. 4. diſt. 11. nu. 74. & Carroc. in reg. cum quid prohibetur, lib. 6. par. 1. ampliat. 2. nu. 18. & eſt communis opinio ſecundum Rip. in d. cap. decernimus. num. 39. de iudic.

6 Verum, in hoc practica obſeruat contrarium, vti atteſtati ſunt Abb in c. vt famæ, num 8. de ſent. excomm. Simanch. de Cathol. inſtit. tit. de torment. num. 50. Clar. in pract. §. final. quæſt. 64. verſ. ſed hic quæro. Farinac. lib. 2 q. crim. q. 41. num. 15. & Scacci. dicto cap. 11. numer. 41. ſcribit, quod, & ipſe ſeruauit, dum aſſiſteret in ſancto Officio Inquiſitionis Meliuitanæ, & hæc eſt obſeruantia

tia iuridica, quia ſi Clericus poteſt de mandato iudicis Eccleſiaſtici capi,& carcerari per miniſtros laicos, vt voluit Dec.in cap.cum non ab homine, ſub num. 12. de iudic Diaz in pract.Canon.cap.114. Boſſ.titul. de captur. num.37.ſequitur,quod de mandato eiuſdem poſſit torqueri, & ſi laici torquendo Clericum inciderent in excommunicationem dicti Canonis,cur non Clerici,ſi torquerent alium Clericum?vti ponderauit Mar.Ant. Cucc. inſtit.maior.tit.9.num.38.lib.3.relatus à Scacci.d. c.11. num.41.

7 Sicuti Pont. Max. poteſt cauſas Clericorum etiam criminales delegare laico,ita, & pariter poteſt priuilegium concedere alicui Principi ſeculari,vel iudici laico, vt con tra Clericos cognoſcat de aliquo delicto,ſeù contra Clericos alicuius loci procedere poſſit, glo. optimam habemus,in cap.laicis,16. quæſt.7. & firmat Bald.in l. reſcripta,C.de precib.Imperat.offerend.Card. in repet. c. perpendimus,num.6.in fi.& num.ſeq.de ſent.excom. quem ſequitur Felin.in c.2.nu.3.de maior.& obed.proſequitur latè Decia.d.c.9.nu.66.lib.4.

Nec prædictis obſtant,quæ diximus,quod Papa non poteſt legem facere, per quam Clerici laicis ſubiaceant, nec minus,quod ſcribit Boſſ. titul.de for. competen. numer.130.Quod laicus de delictis Clericorum cognoſcere non poteſt,licet Summ.Pont.faceret priuilegium Principi ſeculari,vt poſſet in cauſis criminalibus Clericorum procedere.

8 Nam iſta locum ſibi vendicarent.ſi Papa facere vellet priuilegium generale, vt ſecularis cognoſceret de omnibus delictis Clericorum reſpectu omnium, complectendo totum ordinem Clericalem, ſic declarauit Cucc. inſtitution.maio.titul.ſecundo, numer. 20. lib. ſecundo,

prout

Digitized by Google

prout eum refert Scacci. dicto capitulo duodecimo, numero 43.

Quia & ſi hoc priuilegium, ne Clericus à laico iudicetur, vti comprobauimus, ſit de iure Diuino, idcirco non poſſit tolli in totum, poterit tamen in aliquibus caſibus derogari, tex. eſt in cap. lector. 24. diſt. Archid. & cæteri in c. ſunt quidam. 25. q. 1. & faciunt dicta ſuperius de commiſſione facta à Papa, vt laici, quinimo fœmina, de cauſis merè ſpiritualibus Clericorum cognoſcerent, & laici, qui vigore priuilegij Pontificij de cauſis Clericorum iudicarent, cenſebuntur delegati Papæ, ita Aufrer. in repet. Clemen. prima, quæſt. 4. num. 6. de offic. ordin. proſequitur latè Decian. dict. cap. 9. num. 66. lib. 4. & concludit Farina. dict. q. 8. num. 4. & ſequitur Clar. d. q. 41. verſ. ſed quid dicendum?

9 Vlterius memoriæ mandandum erit, quod notabiliter ſcribit Decia. d. q. 9. nu. 67. Quod dato, quod non extaret priuilegium, tamen ſufficeret poſſeſſio tanti temporis, de cuius contrario memoria non extaret, cum allegatione priuilegij, quia ex curſu tanti temporis præſumeretur priuilegium extitiſſe, vt per Alexand. conſ. 6. lib. 1. Dec. conſil. 85. col. 2. & ſequitur Aufrer. in d. Clem. 1. in 1. reg. in 12. fallent. & in 13. 14. & 15. de off. Ordin.

10 Hoc autem priuilegium à Summ. Pont. conceſſum ſeculari Principi reuocari poſſe erit dicendum, quia iudicium ſoluitur, vetante eo, qui iudicare iuſſerat, l. iudicium, ff. de iudic. & habetur in cap. ſugeſtum, de decim. & reſpondit Decian. conſ. 51. num. 30. lib. 3. quod non poteſt quis talem ſibi legem imponere, & ſucceſſoribus ſuis, à qua recedere non liceat, l. ſi quis in principio teſtam. ff. de leg. 3. & iſtud patet in l. quod ſemel. ff. de decret. ab Ord. facien. & hoc expreſſe decidit Bar. in l. 2. in vlt. verbis, ff. de iur. immunit.

munit. vbi docuit, quod ſi Ciuitas conceſſerit alicui immunitatem poterit illam reuocare per ſuam legem, & ita reſpondit Crott. conſ. 64. num. 29. lib. 1.

11 Sed aduertendum erit, quod quando priuilegium tranſiuit in contractum, Princeps ſine cauſa reuocare non poteſt, Anton. de Butr. in cap. cum M. column. 5 de Conſtit. Bald. in l. qui ſe patris in fin. C. vn. liber & in l. ſi cum mihi, ff. de dol. Bar. in l. omnes populi, in quæſt. 43. in princ. num. 29. ff. de iuſt. & iur. & in l. quod ſemel, ff. de decret. ab Ord. facien. Ant. de Butr. Abb. & cæteri Canoniſtæ, in cap. nouit. de iudic.

12 Eo quia quilibet, etiam ſi eſſet ſupremus Princeps, tenetur obſeruare ea, quæ tranſeunt in vim contractus, c. 1. de probat. Caſtren. in l. fin. C. de tranſact. & in l. digna vox. C. de ll. vbi loquens de Summ. Pont. dicit, quod fœdera inita cum Ciuitatibus ſibi ſubiectis tenetur obſeruare, nec illa poteſt infringere ipſe, nec ſui ſucceſſores, etiam de plenitudine poteſtatis, cum Principi Deus ſubiecerit leges, non contractus; Barbat. inter conſ. Alexand. conſil. vlt. num. 19. lib. 4. Dec. conſil. 286. num. 4. vſque ad fin. & conſ. 292. num. 7. Iaſ. conſ. 1. num. 1. & conſ. 56. num. 1. & 2. lib. 1. Natt. conſ. 122. lib. 1. Alciat. conſ. 208. nu. 3. Ant. Gabr. comm. opin. lib. 3. tit. de iur. quæſ. non tollen. concluſ. 6. num. 5. Viui. commun. opinio. ver. Princeps, num. 235. Roland. conſil. 13. num. 33. lib. 3. qui de communi teſtatur, Neuiz. latè conſil. 12. nu. 24. cum ſeq. inter conſil. Brun. Rimin. iun. conſil. 102. num. 31. & ſeq. lib. primo, Burſatt. conſ. 160. nu. 16. lib. 2.

13 Præcipuè quando priuilegium per vim contractus conceditur non ſubdito, nam tunc nec etiam cum cauſa reuocari poteſt. Domin. in cap. 1. column. 4. verſ. oppono vltimo, de Conſtit. in 6. Roman. in l. ſi verò, §. de viro, ff. ſolut. matr.

Digitized by Google

matr.in 24.fallent. Iaſ.dict.conſil.1.num.4.lib.1. Rebuff. in concord.tit.de collat.verſic.item priuilegium. Dec.in cap.nouit.num.14.de iudic.Alex.conſ.217. col.4. lib.2. alios adducit Gab.d.concl.6.nu.20.quibus addo Natt. conſ.431.num.18.

Et prædictorum duplex aſſignatur ratio.Prima,quia cum ſtatuere dependeat à iuriſdictione, non poteſt Princeps ſtatuere in præiudicium iuris iam quæſiti tertio non ſubdito,ſecundum Caſtren.conſ.281. quem citat, & ſequitur Dec.in d.cap.nouit.num.13.circa fin.vbi aſſerit, hoc procedere etiam ſubſiſtente cauſa. Secunda redditur ratio. Quia priuilegium in fauorem non ſubditi ſuſtinetur,non vti lex,vel priuilegium,ſed vti cõtractus;& ideo eſt irreuocabile,& ligat concedentes,c.1.de probat.Barbat in dict.cap.nouit.vbi dicit,quod priuilegium conceſſum non ſubdito efficitur contractus,ſequitur Felin. conſil.161.num.7.in prin.& num.9.idem Felin.in cap.1.nu. 2.de prob.quo in loco allegando Rom. Abb. & alios firmat hanc concluſionem.Quod Princeps reuocare non poteſt conceſſionem factam non ſubdito, quia ſuſtinetur vti contractus.proſequitur latiſſimè Surd. conſ. 262.nu. 58.& plurib ſeqq.lib.2.

14 Cauendum tamen erit, quod priuilegium tranſire dicitur in contractum,quando emanauit ob aliquam cauſam,quæ fuit adimpleta ex parte illius,cuius fauore emanauit priuilegium,exemplum poteſt poni in quæſtione formata per Io.And.poſt Guid.de Suzzar.in addit.Spec. tit.de cenſib.§.nunc dicendũ,verſ.quæro,quid ſi vniuerſitas,quæ eſt talis.Ciuitas ſtatuit,quod veniẽtes ad habitandũ in ipſa eſſent immunes ab omnib.oneribus.quidam, facto hoc ſtatuto,venerũt ad habitãdũ,& dicta immunitate per aliqua tẽpora gauiſi ſũt,modò Ciuitatis vult ſtatue

Z 4 re,

re,quod quilibet teneatur contribuere pro fabrica cuiuſdam operis,quæritur;nunquid poſſit ita ſtatuere? & dicit quod non,quia iſtis,qui venerunt ad habitandum,ius immunitatis ſuit quæſitum,quod eis auferri non poteſt, l.fi. ff.de pact.

Vnde ſi priuilegium emanauerit abſq; vlla cauſa impleta ab ipſis,qui priuilegium obtinuerunt, ſed ſimpliciter reuocari hoc caſu poterit,quia non tranſiuit in ſpeciē alicuius contractus,ita Crott.d.conſ.64.nu.37.lib.1. Et quo ad non ſubditos; circa quos priuilegiū efficitur contractus,quando pecunia interueniente, illud acquiſiuerint,Soc.ſen.conſ.87.nu.12.lib.3.cum quo reſidet Gab. d.concl.6.num.8.

15 Ac etiam priuilegia non ſubditis conceſſa, tanquam in contractum tranſitum fecerint,non poſſe reuocari,intelligendum erit de cæteris,præterquam in iuriſdictionalibus,ita nobis mandauit Bal.in l.qui ſe patris,colum.penult.verſic.item in conceſſis,C.vnde lib. Dec.in cap.nouit,num.14.de iudic.vbi Aret.colum.3.& Felin.columm. 7.& 9.& firmat Gabr. dict.concluſion.6. num.22.Quapropter cum priuilegium conceſſum laico, vt de Clericorum criminibus cognoſcat,tribuat ei iuriſdictionem,hinc reuocari poſſe dicendum venit,vti factum fuit in Conſtitutione noſtra,in qua reuocantur omnia priuilegia conceſſa Principibus ſecularibus cognoſcendi de delictis Eccleſiaſticarum perſonarum.

16 Necnon priuilegium etiam non ſubdito conceſſum, quando incipit eſſe nimis præiudiciale,tunc reuocari poſſe affirmant,Aret.& Felin.in dict.capit.nouit.de iudic. & iuſta cauſa reuocandi priuilegium dicitur,quando superuenit læſio enormis, capitulo delicti, & capitulo ſuggeſtum de decim.Oldr.conſ.65.in fi.Aym.conſ.21.num.3.

Et

17 Et quotieſcumque priuilegiatus abutitur priuilegio, meretur priuilegium amittere, ex quo permiſſa ſibi abutitur poteſtate, l. ſi quis, C. de off. præf. præt. orien. cap. priuilegium, capit. ſuarum, de priuileg. cap. licet, de regular. capit. cum illorum, in fin. de ſenten. excommunicat. Aymo. pulchrè, conſil. 73. num. 25. Specul. titul. de inſtr. edit. §. nunciauit, verſicul. item pone, quod priuilegio, amittitur priuilegium iſtud, ſecundum Specul. vbi ſupra num. 9. & facit, l. ſi ſtillicidij, ff. quemadm. ſer. amittat. Vnicuſque actus contrauentionis ſufficit, cap. cum acceſſiſſet. vbi gl. & Doctor. de Conſtitut. cap. pro illorum, de præben. cap. vxore, de his quæ fiunt à maior. par. cap. l. commiſſoriæ, C. de pact. int. emption. & vendition. Rebuff. in pract. benef. titul. differ. int reſcrip. & priuileg. num. 40. Rot. Rom. titul. de cauſ poſſeſſ & propr. deciſ. 8. aliàs 382. incipit. Fuit dubitatum. poſt prin. in nou. Felin. vbi diſtinguit in dicto capitulo cum acceſſiſſet ſub numer. 30. de Conſtitution.

18 Et circa priuilegium iſtud, quod concederet Summ. Pontif. laico procedendi contra Clericos, hoc etiam dixiſſe volui, quod cum omnia priuilegia ſint ſtricti iuris, ideo ſtrictè interpretanda, cap. 1. & 2. de priuileg. in ſexto, l. ſi quando, C. de inoffic. teſtamen. l. prima, in princ. vbi Bald. in primo notab. & in l. quæ ex relationib. C. de ll. Roman. conſil 80. in fin. Bellon. conſil. 52. num. ſecundo. Tanto magis ſtrictè, imo ſtrictiſs. erit interpr ætandum præfatum priuilegium, cuius vigore infertur præiudicium poteſtati ordinariæ, quæ mandat, vt Clerici à laicis non iudicentur, ita Calderin. titul. de priuileg. conſil 6. in fine, & ſicut exemptio à iuriſdictione ordinaria per priuilegium alicui conceſſa intelligitur ſolum in eo, quod eximit, & non vltra ſecundum Zabarell. in Clemen 1. num, 16. de off. Ord.

ita

ita quoque debet intelligi priuilegium,quod dat facultatem laico exercendi iuriſdictionem in Clericum nullo modo de iure ſibi ſubiectum,vt ſtrictiſſimè intelligatur,& non extendatur ad alia delicta non expreſſa in priuilegio,cap.cum capella.vbi Panorm.in prin.& in fin. nu. 6. de priuil.c.ex ore. in fin. & c. quoniam,in fin.vbi gloſſ.in ver.permanentib.eo.tit.

Sed certè nec hic caſus erit connumerandus, vt ſecularis Poteſtas poſſit iudicare Eccleſiaſticos, nam non poteſtate propria, ſed vigore indulti in eos ſe intromittit.

19 Secundo loco ſolent noſtrates quærere,nunquid Clericus,qui examinatus à laico iudice de licentia ſui ſuperioris Eccleſiaſtici,& falſum coram eo depoſuit, poſſit puniri per ſecularem iudicem,vt volunt multi,quod iſte caſus ſit vnus de illis, pro quibus Clerici ſubiaceant punitioni laicorum,& huiuſce ſententiæ fuit gloſ.illa. in.l.nullum,C.de teſtibus,ibique Bal.num.5.in fin.inquit, quod Clericus falſum deponendo coram iudice laico puniri debet ab eodem iudice. Quia delinquendo in iudicio ſe aſtrinxit foro,quod ſpeciale eſſe voluit,per d gloſſ. quam menti tenendam dicit,& probatur ex diſpoſitione tex.ipſius.l.nullum.vbi Imperator Zeno reſcripſit. Quod periurus teſtis delinquens in officijs teſtificationis efficitur de foro iudicis,coram quo teſtificatur,nec habet aliquod priuilegium,nec immunitatem,propter quam poſſit euitare pœnam pro motu iudicis imponendam,& per d.tex. hoc idem affirmauit Cyn.ibi,& ſentit Lanfran. Orian. in cap.quoniam contra.in ver.confeſſiones,num.16. de probat.Ant.Burg in c.fin.num.17.de empt.& vend.Marſ.in l.fin.num.152.ff.de iur.omn.iud.Alex.in addit.Bar. in l. 1.2.oppoſit.ff.de iudic.Socci.conſ.99.column.pen lib.3.

Marſ.

Marſ.in l.fin.n.152.ff.de iuriſd.om.iud.Afflict. deciſ.30. col.2.hæc enim facultas puniendi teſtem venit in conſequentiam examinis,& delinquendo coram laico aſtringitur laicali iudicio. Verum glo. prælibata communiter reprobatur,vt dicit Card.Alex.in d.c. accuſationibus, col. 32.verſ.quid Clericus, 2.q.8. relatus per Clar. d. q. 38. nu. 14.& hanc glo.reprehendit Innocen.in c.verum,de for.comp.& Caſtren.in d.l.nullum.C.de teſtib. Nec obſtat,d.l.nullum,in qua ſancitur,quod ſi teſtis aures iudicis offenderit,poteſt per eũ puniri, non obſtante quocumque priuilegio fori, quia dicta lex non conſtringit Clericos, qui habent ſpecificum priuilegium, & ſunt prorſus alienæ iuriſdictionis, & leges ciuiles in hac materia non ſunt attendendæ, ſed Canones, ex quorum diſpoſitione Clerici non ſubiacent ſeculari poteſtati, vti diximus, & hanc ſententiam latiſſimè improbat Barbat.in c. verum, nu.53.cum ſeq.de for.compet.

20 Secunda igitur fuit opinio Feder.de Sen.conſ.93. vbi reſpondit,quod iudex laicus non ad accuſationem partis, ſed ex officio poteſt punire Clericum de teſtimonio falſo coram eo prolato in pœna tantum pecuniaria, quam opinionem in Francia ſeruare aſſerit Gugliel.de Bened.in 1. par.repet.c.Raynutius,nu.142.de teſtam. prout eum refert Caſſan.ſuper Conſuet.Burgund.fol.52.nu.87. quod etiam atteſtatus fuit Aufrer.in d.Clem.1.in 2.fallen.reg. 1.de off.Ordin.& fuit de mente Anch.in repet. c. 1.in 4. oppoſit.de conſtit.& in repet.c.ea,quæ,q.22.in princ. de reg.iur.in 6.& proſequitur Decia.d.c.9.n.82.lib.4. Attamen & iſtorum aſſertio vera non eſt,&reprobatur per Afflict.deciſ.230.nu.3.& 4.

21 Tertia itaq; erit opinio verior de iure,quam tradit Hoſtien.in d.c.verum,de for.compet. ſequutus ibi ab Inno-

cen.Butr.& Io.And. Quod iudex laicus non poſſit Clericum falſum coram eo deponentem punire; neq;corporaliter,neq; pecuniariter, nec ex officio, nec ad inſtantiam partis,& hoc idem voluit Io.And.in c.at ſi Clerici,ibique Felin.de iudic.Cagnol.in l.1.num.3.ff. de iudic.qui dicit communem opinionem Tiraq.de retract.tit.2.§.1.glo.7. num.10.Ang.de malef.in ver.falſario, verſ. quæro, teſtis dixit falſum,& ibi Auguſt.in addit. Diaz in pract. Cano. cap.94.in fi.vbi alios addit,& teſtatur de communi.proſequitur Lopez ad eum,littera C,Marant.dicens magis communem opinionem in pract.p.6.in 12.act.nu. 4.Capic.affirmans magis communem opinionem deciſ.2.nu. 13.vbi latiſs.Vant.idem teſtans.de nullit.tit.de nullit.ex deffect.iuriſd.nu.50.Couar.pract.quæſt.c.18.ad fi. Ant. de Padill.in l.transſigere,n.112.C.de tranſact.Boſſ. in tit. de falſ.n.110.Clar.in pract.§.fi.q.38.nu.14.in fi.vbi atteſtatur ita in Mediolanen.Ducatu ſeruari.Rolan.conſ.12. nu.48.lib.1.Afflict.deciſ.230.qui dicit hanc opinionem tenere communiter Canoniſtas.Seraſin. de priuil. iuram. priuil.132.nu.32.Bruno.à Sol.in quæſt.legal.q.34.n.26. & ſeq.Et ſine dubio hæc eſt magis communis opinio, ſicuti teſtatur Felin.in d.c.verum,col.3.verſ.contra Clericum.& Vrſill.ad Afflict.d.deciſ.230.& concludit Farin. d.q.8.n.26.Surd.conſ.396.n.27.lib.3.Cum etenim communis opinio ſe habeat, vt Clericus nullo modo poſſit à laico iudice puniri pro falſo coram eo commiſſo,ſequitur, quod nec etiam in caſu præfato Clericus ſubiaceat laicali poteſtati.

22 Et quamquam Clericus coram laico iudice falſum deponens non poſſit puniri,non per hoc laicus coram Eccleſiaſtico iudice falſum aſſerens ab eodem puniri poſſet, quia vtique punitur & per iudicem Eccleſiaſticum,& per

ſecu-

ſecularē,& erit locus præuentioni,ſicuti deciſum fuit per Conſilium Neapolit.teſte Afflict.deciſ.219.& Vrſill. ad eum.Clar.d.q.38.verſ.quæro nunc.Rolan.d.conſ.12.lib.2.& declarat Couar.pract.q.d.c.18.ſub n.8.quos omnes amplectitur Fari.d.q.8.nu.27.

23 Tertio loco regulam faciunt ſcribentes, Vt Clericus, qui non abſtinendo à ſecularibus negocijs, prohibita ſibi à Canonibus officia, ſordidasq; artes exercet, poſſit per laicum iudicem puniri,c.fi.ibiq;preſertim Innoc.de vit.& honeſt.Cler.glo.in c.quia tua 12.q.1.Dominic. in cap. ſi quis.32.Diſt.Soc.reg.tract.reg.56.in 6.fallent.Imo.in c. vni.de Cler.coniug.in 6.Capr.concl.97.n.79. & ſeq.reſpondit Alex.in ſæpè citato conſ.8.ſub nu.4.lib.1.&cum præfatis Farin.d.q.8.num.93.

Vnde inferunt ad plura.

34 Primo in Clericis ioculatoribus,hiſtrionibus,& buffonibus,de quibus in c.1.de vit. & honeſt. Cler. in 6. qui ſi per annum illis artibus operam dederint,vel tertio moniti etiam intra annum non reſipuerint,ipſo iure carent priuilegio Clericali,vt decretum fuit in d.c. 1. & ſentit Soc. d.reg.56.in 9.fallen.Boſſ.tit.de for.comp.n.139.& 140. pract.Conrad.tit.de inquiſit.n.8.in 6.fallen.Capr.d.concluſ.97.n.75.& nu.87.Farin.d.q.8.n.97.Sed diſtinguendum meo iudicio erit inter Clericum in minoribus,& inter Clericum in ſacris conſtitutum.In Clerico in minoribus,& enim abſq; dubio procedit,quia,vti diximus,ex decreto ſacri Concilij Tridentini non gaudet priuilegio fori,niſi incedat in habitu, & tonſura, & inſeruiat Eccleſiæ de mandato Epiſcopi,& ideo in omnibus ſubiacet iuriſdictioni ſeculari,& vtiq; puniri poterit à laico.

25 Sed in Clerico ſacris, & maioribus ordinibus decorato contrarium mihi dicendum venit,quamquam ſecundū

Digitized by Google

magis communem opinionem diſpoſitio præfati, c.1.velint.Scribentes,vt procedat etiam in Clerico in ſacris cōſtituto,vti tenent ibi Archid. Anch.Gemin.&Franc.quos ſequitur Aufrer.in d.Clem.1.reg.1.fallen.12. de off.Ordin.& affirmat Diaz in pract.Cano.c.70.n.2.& comprobat Decia.d.c.9.num.86.lib.4.& aſſentit Farinac.d.q.8.num.97.

Et ſolus Io.Monach.in d.c.1.de vit.& honeſt. Cleric. in 6.aſſerit,quod diſpoſita ibi non militant in Clerico in ſacris conſtituto, & propterea Caſſan. in conſuet. Burgund. ſub titul.de iuſteus, & dirict.in verſ. s'il n'a grace. num.55.in fallent.dicit fortè tutius eſſe tenere contra Archid.propter actualem degradationem,quæ videtur neceſſaria in Clerico in ſacris conſtituto, & hanc ſententiam videtur ſequi Prob.ad Io.Monach.ibi.Quod tamen non placet Diaz,d.c.70.vbi credit,quod opinio contra Io.Monac.ſit vera, & non ſequitur, quod aduertit Caſſan.vbi ſupra,eſt neceſſaria degradatio, ergo benè ſentit Menoch.dum affirmat,quod pœna illius tex.non procedit in Clerico in ſacris, quia contrarium tenentes non negant eſſe neceſſariam degradationem,licet de ea mentionem non faciant.& ex verbis Ioan. Monach. non colligitur, quod ideo velit Clericos in minoribus amittere priuilegium,quia in eis non eſt neceſſaria degradatio.

Tamen ego dicendum putarem,quod in Clerico in ſacris conſtituto,cum vtique neceſſaria ſit trina monitio,vt abſtineat ab iſtis artibus,ſicuti firmarunt Capr. d concl. 97.num.91.& ſequen.pract.Conrad.tit.de inquiſit.num. 4.in.5.& 11.fallent.Boſſ.tit.de for. competen. num. 128. Alexan.de Neuo.conſil.60.num.4.& conſil.61. numero 1.vbi de communi,Bertrand.conſilio 13.numero 5.lib.8. Clar.d.quæſt.36.verſiculo hæc quæro,& voluit Decia.d.

c.9.

cap.9.num.84.lib.4.Farinacc.dict.quæſt.8.num.93.Hoc igitur in caſu ſi Clericus in ſacris monitioni non paruerit,poterit à iudice laico vtique puniri,ſed non ob exercitium dictarum artium,ſed vti incorrigibilis.

26 Nam pęnitendo poſſunt Clerici,qui artem iſtam exercuerunt,recuperare priuilegium per diſpenſationem Epiſcopi,vt ſentiunt omnes in dicto capitul. 1. & comprobat Diaz dict.cap.70.ſub num.3.& Decian.dict.cap.9. num. 86. lib. 4. notandum dicit, quod ſi abſoluantur, antequam à laico iudicentur,non poterit poſtea laicus de eis cognoſcere.

27 Annus autem,de quo loquitur tex.dict.cap.primo,in quo ſi perſeuerauerint Clerici in hoc exercitio, amittunt priuilegium fori,continuus eſſe debet,ita notant Io. Monach. Archidiac.Ioan.Andr.& Dominic.ibi. Quapropter ſi diuerſis menſibus diuerſorum annorum,qui ſimul iuncti integrum conſtituerent annũ,Clericus has artes exerceret,non incurreret pœnam iſtam,quorum opinionem ſequitur Diaz,d.c.70.ſub nu.2.& Lopez in addit.dicit, quod in dubio tempus à lege præfixum continuum eſſe debet,per glo.ſing.in rub.de diuerſ.& temp.præſcrip.pro vt eam ſing.& vnicam reputat Imo.in Clem.1. col.4. de in integr.reſtit.hoc idem voluit gloſ.in c.2.in ver.per annum.de temp.Ordin.in 6 vbi Doct.Ang.in l.ſi idem cum eodem.ibiq; Dec.num.5.ff.de iur.om.iud.quæ opinio ab omnibus approbatur.

28 Secundo ſimiliter inferunt ad Clericum exercentem perſonaliter, & publicè officium carnificum, macellariorum,aut tabernariorum,vt amittat priuilegium Clericale, vt eſt tex.in Clemen.prima,de vit.& honeſtat. Clericor. capit.final.vbi Innocent.extrau.eodem tit. gloſ.in capit. quia tua,12.quæſt.prima,Dominic.in c.ſi quis,32. diſt.

Soccin.reg.tract.dict.reg.56.in 6.fallent. Alexand.dicto conſil.8.ſub num.4.lib.primo,Capr.concluſ.97. numer. 79.& ſequen.pract.Conrad.d.tit.de inquiſit. num.8. in 5.& 11.fallent.Boſſ tit.de for.compet. nu.128. Alex. de Neuo.d.conſ.61.nu.1.vbi de communi,Clar.d.q.36.verſic.hæc verò.

Et hæc omnia abſque difficultate procedunt, concurrente trina monitione,in Clerico coniugato, & in Clerico in minoribus,vltra trinam monitionem, etiam ſi habitum dimiſerit,vt habetur in d.Clem.1.de vit.& honeſtat. Cler.cuius deciſione fultus ita declarat Decia. d. c.9.nu. 136.lib.4.& tenet Capr.d.concl.97.nu.91.& ſeq.& poſt. eum Farin.d.q.8.num.93.& Diaz in pract.Cano.c.71.& addentes ibi,in princ.

29 Quæ Clem.prædictæ diſpoſitio non extenditur ad alia ſimilia,& vilia,ac ſordida officia,ſecundum communem, de qua ibi per gloſ.Imo.& Barbat.& comprobat Decian. d.c.9.ſub num.136.

Quia ſi debuiſſet fieri extenſio de ſimilibus ad ſimilia, in iſta priuatione priuilegij Clericalis pluſquam ſufficeret diſpoſitio dict.cap.1.de vit.& honeſt. Cleric. in ſexto,quæ loquitur de iocularibus,neq; opus fuiſſet hac noua diſpoſitione iſtius Clem. cum autem facta fuerit ſpecialis diſpoſitio in iſtis vilibus exercitijs, apparet, quod noluerunt Summ.Pontif. admittere aliam extenſionem, quam quæ per expreſſas ſanctiones,& Canonicas Conſtitutiones facta reperiretur, quod etiam voluit Diaz d. c. 71.in fin.

Sed in caſu iſto cadunt ea, quæ diximus in ſuperiori caſu.

30 Tertio infertur à Plach.in epit.delict cap. 25. num. 5. quem refert,& ſequitur Farin.d.quæſt.8.num.94.Quod

Cle-

Clericus exercens chirurgiam, ſi in eius vſu fuerit negligens, & culpoſus poterit à laico iudice puniri, eo quia chirurgiam Clericus, ſeù religioſus exercere prohibetur, cap. ſententiam, ne Cler. vel Monach. Quod intelligendũ ſentit Panor. ibi. ſub num. 21. quem ſequitur ſumm. Armill. in ver. Irregularitas, verſ 47. in Clerico in ſacris, vel in minoribus competenter tamen beneficiato. Verum cum præfati debeant moneri, vt abſtineant, & ſi fuerint contumaces, & renitentes, tunc puniuntur à laico, idcirco ob incorrigibilitatem efficiuntur de foro laicali. Pari modo dicendum erit de alijs illationibus relatis à Farin. d. q. 8. num. 95.

31 Quarto loco, laicus iudex poterit comprehendere Clericum, qui commiſſo delicto aufugeret, poterunt vtique ſatellites, & birruarij Curiæ ſecularis illum capere ad effectum præſentandi iudici Eccleſiaſtico. Card. & Imo. in Clem. 1. de off. Ord. Innocent. in cap. ſi verò, & in c. ſi famæ, de ſent. excomm. Abb. in cap. cum non ab homine, vbi Barbat. num. 57. & Dec. de iudic. Bald. in cap. 1. §. ſi quis, verſ. ſed quid ſi iſte delinquens, de pace. iura. fir. in vſib. feud. & in l. ſi qua per calumniam, C. de Epiſcop. & Cler. Bart. in l. ſi quis in ſeruitute, ff. de furt. Ang. de maleſ. in ver. fama publica, num. 65. verſ. nono nota. Alciat. in cap. cum non ab homine, num. 22. de iudic. de communi atteſtans, & reſpondit Dec. fundamentis. Boſſ. tit. de foro competen. num. 150. & titul. de captur. num. 38. Villalob. commun. opinion. ver. Clericus, num. 78. vbi communem pronunciat. Clar. in pract. §. final quæſt. 28. verſic. ſi verò loquimur. in fin. Menoch. de arbitr. caſ. 180. num. 23 & ſequen. pluribus comprobat Ruin. conſ. 4. num. 13. lib. 5. Decian. dict. cap. 9. num. 118. lib. 4. Farinac. dict. quæſt. 8. num. 116. Barbat. in dict. cap. cum non ab homine, num.

59.poſt Panor. ſcribit, quod familia Poteſtatis ſecularis poteſt capere Clericum de nocte illicitè incedentem, vt obuietur delictis, quæ poſſet ipſe ea nocte perpetrare, & quod etiam de die poterit capi per Curiam ſecularem, ſi timetur de fuga,donec adeatur Eccleſiaſticus,& talis ca-
32 ptura†Clerici facta à laicis infamat,& facit iudicium coram Eccleſiaſtico,& ſi fuiſſet captus in flagranti crimine faceret notorium,vt pulchrè tradit Abb.in d.c.cum non ab homine,& ibi Barbat.nu.78.& ſeq.& ſequitur Dec.n. 10.Alcia.n.46.& 58.cum ſeq.Rip.in c.1.nu.88.de Conſtit.proſequitur Decia.d.c.9.num.118.lib.4.& Farin. d. q.8.nu.120.vbi multos congerit.

33 Et aduertendum ibi mandat Farinacc. dict. quæſtion. 8.num.17.quod ſi non eſſet de fuga ſuſpectus, non poſſet per laicum capi,etiam quod caperetur ad effectum illum ducendi ad ſuum iudicem, vt ponderauit Dec. dicto capitulo cum non ab homine, numer. 12. & declarat Menoch.dict.caſ.180.numer. 22. qui ſcribit,hoc in caſu excuſari laicum à pœna excommunicationis,& fuit de mente Decia.d.cap.9.nu.118.& ita dicunt omnes ſuperius citati.

34 Vlterius erit aduertendum,quod laicus,qui capit Clericum animo adducendi ad iudicem Eccleſiaſticum,non poteſt illum retinere vltra 20.horas carceratum, gloſ. & Bart.in l.capite quinto,ff.de adulter.Felin.in dict. capit. cum non ab homine,num.4. de mente Hoſtien.in capit.ſi verò,de ſentent.excommunic.aſſerit, quod Clericus per laicum captus debet,quam citius fieri poteſt,coram Epiſcopo præſentari,& Viui. commun. opinion. verb.Iudex laicus,voluit,quod ſtatim debet præſentari, & ita omnes Canoniſtas communiter ſentire dicit,& tenet Farinacc. dict.quæſt.8.num.118.& tradit Angel. de malefic poſt

Bal.

Bald.& Salic. quos allegat in ver. fama publica, num. 65. prope fin. Hoſtien. in ſumm. tit. de cohab. Cler.& mulier. §.& qualiter, poſt princ. num. 4. affirmauit, quod Clericus repertus in crimine poteſt per viginti horas detineri, donec teſtes vocentur, per quos probari poſſit.

Attamen nec in caſu iſto Clericus à laico poterit iudicari, ſed tantum detineri ad effectum conſignandi iudici Eccleſiaſtico, vel vt obuietur delicto, vti ſentit Barbat. vbi ſupra,& Farinac. d. quæſt. 8. num. 120. quo in loco omnes cumulat.

35 Quod etiam priuato liceret ſecundum Innoc. in cap. ſi verò. de ſent. excomm.& ſentit Decian. d. cap. 9. nu. 118. & ſubdit Hoſtien. in ſum. vbi proximè, quod Clericus repertus cum muliere cubare, poterit capi & detineri, dummodo per maritum, fratrem, vel filium detineatur, cum alij excommunicationem incurrerent, cap. ſi vero,& c. nuper de ſent. excom.

36 Quintus erit caſus, in quo laicus iudex poteſt ſe ingerere in Clericum. Quando Clericus arma deferret, quia, & ſi corporaliter puniri non poſſit à ſeculari iudice, poterit nihilominus armis ſpoliari à birruarijs,& ſatellitibus curiæ ſecularis,& capi,& ad iudicem Eccleſiaſticum remitti puniendus. Ioan. de Plat. in §. item Iulia. Inſtit. de pub. iudic. Lopez in cap. per veſtras, §. primo, num. 13. de donat. int. vir.& vxor. Plach in epit. delict. cap. 8. num. 26 Clar. dict. quæſt. 36. verſ. vlterius quæro. Couar. variar. reſolution lib. 2. cap. final. in fin.& practicar. quæſtion. cap. 33. num. 7. Menoch. de arbitrar. caſ. 393. nu. 3.& ſequen. Farinacc. dict. quæſt. 8. num 96. quibus addo Aufrer. in Clemen. prima, 13. fallen. ſub num. 21. de offic. Ordin & Io. Fab. in l. addictos in gloſ. in verb. vendicentur, C. de Epiſ. aud. Ea moti ratione, quia armorum delatio vetita

eſt

eſt Clericis,capitulo Clerici,de vit.& honeſtat.Clericor. & eorum a.ma eſſe deberent lacrimæ,& orationes,capit. conuenior.23.quæſtion.8.capit.porrò, vbi gloſ.16. quæſtion. 8.

Quod durum videtur Decian.dicto capitulo nono, numero 140.lib.4.Cum portatio armorum ſit leue delictum l.prima,C.vt armo.vſus,lib.11.& abſurdum putat, quod pro tali leui delicto maieſtas ordinis Clericalis violetur, præſertim cum ſit contra Canones expreſſe, qui iubent Eccleſiaſticos iudices punire Clericos portantes arma, vt in cap.ſecundo,de vit.& honeſtat.Cler.& in Clem.1. §.vlt.eod.tit.

Sed dato,quod armis ſpoliari poſſint,non per hoc iudicio ſeculari ſubmittuntur.

37 Sextus,& vltimus erit caſus,quando Eccleſiaſtica Poteſtas deficeret,& poteſt dari exemplum adductum à gl. in cap.tua,il primo,de decim.in ijs, qui ſchiſma committunt,& non poſſunt ab Eccleſia compelli,& Barbat.in dicto cap.tua,dicit. quod ſi duo contenderent de Papatu, & adeo pollerent viribus,quod Eccleſiaſtica Poteſtas diſcerpta eſſet,& non poſſet indicere Concilium,neque aliter tantum, & tale ſchiſma ſedare ob æqualem amborum potentiam,vade in iſto lacrimabili caſu Principes ſeculares poſſent,& deberent,ſe ingerere,& carceribus detinere incorrigibiles,& aliàs pœnas in eos exercere, quod pariter voluit idem Barbat.in capit.quia nonnulli,numer.96. de reſcript. & in capitulo quod translationem,num.146 de offic.lega.& habetur in capitulo Principes ſeculi, 23. quæſtione quinta, vbi gloſ. Luc. de Penn. in l.ſi coloni, C.de agri.& cenſi.lib.11.& allegatur capitul. non licuit. 17.diſtin.& capit.de ligurib.23.q.5. & voluit Decian. d. cap.9.num 83.lib.4.

At

At etiam in caſu prædicto non eſt dare poteſtatem laico in Clericos, ſed tantum ob quietem, & pacificum ſtatum Eccleſiæ illis conceditur facultas coercendi ſchiſmaticos ad ſchiſma ſedandum.

38 Et propterea concludendum erit, quod nullus caſus detur, in quo laicus poſſit punire Clericos, niſi quando Clerici ob eorum incorrigibilitatem ſunt dimiſſi, & degradati ab Eccleſiaſtico, vti oſtendimus ſuperius, & firmat Alex. conſ. 8. ſub num. 1. Reſtat adhuc difficultàs, ſi Clericus multa committit crimina, & enormia; †pro quibus Eccleſiaſticus non curat illum monere, & eſt negligens in puniendo, nunquid ſecularis iudex poterit Eccleſiaſtici negligentiam ſupplere? & non poſſe mandat tex in cap. licet ex ſuſcepto, & ibi Doct. omnes, de for. comp. cap. qualiter, de iudic. Quid ergo faciendum? Debebit itaque ſecularis iudex monere iudicem Eccleſiaſticum, vt moneat Clericum, iuxta formam iuris, quod ſi facere recuſauerit, & Ordinarius neglexerit, recurrere ad Prælatum ſuperiorem, & ſic ad Metropolitanum, & demum omnibus negligentibus, ad Papam, ita Decian. dict. cap. 9. num. 108. & Farinac. d. q. 8. nu. 46. verſ. ampliatur. 23. & fuit de mente Aufrer. in Clem. 1. 9. reg in 3. fallen. de off. Ord. & conſuluit Alex. d conſ. 8. ſub n 1. verſ. quinimo nec propter. lib. 1. quod propter deffectum iuſtitiæ, ſeu negligentiæ iudicis Eccleſiaſtici non permittitur, quod trahatur Clericus coram ſeculari, d. c. quando, de iudic. & not. in c. placuit, 11. q. 1. & tunc recurrendum eſt ad ſupremum ſuperiorem. c. nullus, de iur. patr. Authen. vt differen. iudic in princip.

39

vtique Clericus effectus poſt delictum eximeretur à foro ſeculari.

15 *In omni caſu, etiam quod in fraudem poſt delictum quis efficiatur Clericus, iudex laicus erit tantum iudex cauſæ, ſed non perſonæ.*

16 *Forma tradita à ſacro Concilio Tridentino in aſſumptione ordinis Clericalis.*

DE eo, qui poſt delictum aſſumpſit Clericatum, nunquid poſſit à iudice laico puniri, contendũt Scribentes, & Bar. in l. 1. vbi alij, ff. de pœn. & in l. quædam puella, ff. de iuriſd. omn. iud. voluit.

1 Quod ſi laicus committit delictum, & poſtea ingrediatur religionem, vel efficiatur Clericus, quod per talem mutationem fori non impeditur iudex ſecularis contra eum procedere, & eum punire, & hoc etiam ſentit idem Bart. in l. hoc accuſare, §. in hoc bene ſcio, ff. de accuſat. & in l. adultera, §. ſi eo tempore, ff. de adulter. & in l. fin. ff. ſi ex noxa. cauſ. agat. vbi Bal. & Ang. & Bal. in l. ſi quis poſtea, ff. de iudic. Bal. in l. officiales, C. de Epiſ. & Cler. ipſe Bal. poſt Cyn. in Authen. cauſa, quę fit cum Manocho. eodem tit. & in l. ſi quis Decurio. C. de falſ. in l. idem Vlpianus, ff. de excuſa. tut. in l. crimen, C. de ord. cogn. in c. at ſi Clerici, in 5. col. de iudic. in c. cum non ab homine, 3. col. eo. tit. in c. cum acceſſiſſet, in fin. de probat. & in c. quia veriſimili de præſumpt. gloſ. Bal. Ang & Caſtren. in l. nemo poteſt, ff. de leg. 1. Marſ. ſing. 534. in prin. & tenet Gomez. var. reſol. lib. 3. tit. 10 nu. 5. vbi reſolutiuè dicit Quod iudex laicus punire debet Clericum, qui poſt delictum recipit Clericatum.

2 Quia in delictis quo ad pœnã imponẽdã sẽper attenditur tẽpus delicti cõmiſſi, non verò tempus ſententiæ; per

tex.

tex. quem dicit notabilem,& expreſſum in l. 1. ff. de pœn. & ibi notare affirmat Doct. & probatur l. iniuriarum æſtimatio, ff. de iniur. vbi habetur, quod ſi quis paſſus eſſet iniuriam ab alio, & poſtea vilior, vel nobilior factus ſit talis offenſus non debet attendi in æſtimatione iniuriæ tempus ſententiæ, ſed tempus illatæ iniuriæ, & facere quoque ait Gomez. tex. in l. doli, §. final. ff. de ſer. corrup. & in l. ſi quis Decurio. in fi. C. de falſ. in quibus habetur, Quod licet Decurio non poſſit torqueri, benè poteſt torqueri, ſi commiſiſſet falſitatem, antequam eſſet Decurio, & ſic dignitas, & qualitas ſuperueniens in perſona delinquentis poſt delictum commiſſum non excuſat à pœna, & tortura, & ibi notant, & commendant Doct. quod Gomez. reputat notabile. Et hoc etiam fuit de mente Bellam. in c. propoſuiſti. q. 2. de for. compet.

3 Et ad cognoſcendum ad quem forum ſpectet cognitio delicti, attēditur ſtatus, in quo quis erat tempore delicti, ita Bal. in l. affinitatis, in fi. C. comm. de ſucceſſ. Alex. in d. l. nemo poteſt. nu. 31. ff. de leg. 1. & conſ. 8. col. fin. verſ. pro hoc etiam eſt, lib. 1. Marſ. ſing. 480. in fin. Grammat. deciſ. 10. num. 3. Vnde benè iudicatum fuiſſe venit dicendum per Conſilium Neapolitanum, dum mandauit remitti illum, qui dum Clericus beneficiatus eſſet, deliquit, & poſtea renunciando Clericatui, vxorem duxit, eo quia tempus delicti attenditur, teſte Grammat. deciſ. 10. num. 3.

4 Contrarium vero reſpondit Oldr. conſ. 4. in fin. vbi ita fuiſſe iudicatum in Curia Aquenſi, vt non poſſit fieri executio à ſeculari iudice contra delinquentem, qui poſtea Clericus effectus fuerit, vt conſuluit Guid. de Suzar. conſil. 100. inter conſ. crim. diuerſ. per Martianen. lib. 1. & firmat Igne. in l. fideicommiſſum, nu. 263. ff. ad Syllan.

Quia

Quia mutato perſonæ ſtatu, mutatur etiam forus, l. ſi filius la 1. vbi Bal. de tut. ratio. diſtr. & in ſpecie dixit Butrig. in l. quiſquis, C. de Epiſ. & Cler. Quod licet ratione contractus conueniri quis poſſit in loco cõtractus, etiam ſi mutauerit domicilium, tamen fallit, quãdo mutatus eſt perſonæ ſtatus, puta, quia laicus efficitur Clericus, tunc enim non poterit conueniri, niſi coram Eccleſiaſtico iudice, quod etiam voluit Card. in Clem. 1. q. 9. de cenſib. & ponit Marſ. in rub. ff. de fideiuſſ. num. 100. & comprobat Surd. conſ. 396. nu. 19. & 20. lib. 3.

5 Vt enim pugnantes Scribentes conciliemus, erit diſtinguendum, an Clericus, qui poſt delictum Clericatum aſſumpſit, hoc fecit abſq; fraude; & vtiq; liberatur, & prorſus eximitur à poteſtate iudicis ſecularis, & ſuo iudici Eccleſiaſtico puniendus relinqui debet, vt eſt concluſio frequentiori Doctor. calculo recepta ſecundum Plach. lib. 1. delict. c. 35. nu. 1. Clar. in pract. §. fin. q. 36. nu. 43. Fichar. & Cherian. in cor. com opin. in ver. Clericus, tom. 1. cõm. opin. tit. de for. compet. num. 48. & 49. & voluit Innoc. in c. 1. in prin. de off. Ordin. Bertach. de Epiſ. lib 4. in 5. par. q. 27. num. 46. Aut ſi fraude, & dolo is delinquens aſſumpſerit ordinem, & habitum Clericalem, vt à iuriſdictione ſeculari ſe eximeret, & tunc poterit à iudice ſeculari coerceri & puniri, vt etiam comprobat Oldr. d. conſ. 4. & docuit Bar. in l. 1. ff. de pœn. Io. And. & alij in c. 1. de oblig. ad ratio. quorum ſententia communis eſt, prout teſtatur Imo. conſ. 118. & conſ. 119. nu. . Couar. pract. quæſt. c. 32. ſub nu. 4. Plach. d. c. 35. ſub n. . Viu. com. opin. ver. ordo Eccleſiaſticus, latè Bonacoſſ. & Ficar. comm. opin. ver. Clericus tom. 1. tit. 11. de for. compet. nu. 47. & latè Vincen. de Franch. deciſ. Neapolit. 209. n. 2. & ſeq. & tradit Card. Alban. in lucubrat. in Bar. in d. l. cum quædam puella, nu. 4.

ff. de

ff.de iur.om.iud.& concludit Cartar.de execut.ſent.cap. fin.ſub n.308.& fuit originale dictum Dyn.in l idem Vl pianus, ff.de excuſat.tut.quem ſequuti ſunt Alber. in l. cum ratio,§. ex bonis,ſub nu.2. ff.de bon.damnat Maria. in c.propoſuiſti,nu.53.de for.compet. quo in loco ſcribit hanc diſtinctionem ſibi videri multum æquam,& ibi etiã Henrich.Boich.num.10.& citatis infinitis,Farinacc.dict. q.8.n.104.& ſentit Baiard.ad Clar.d.q.36.n.41.Surd.d. conſ.396.nu.19.& 20.lib.3.& ſecundum Farinac.d.q.8. n.107.in fin.clarè probatur in l hos accuſare,§.hoc bene ficio,ff.de accuſat.in l.ſi quis Decurio.C.de falſ.in l.1.C. qui milit.non poſſ.lib.12.in l.ſi maritus, §. legis, ff.de adulter.& in l.fin.ff.de re milit.& habemus Bullam Sixti V.73.in ordine.

6 Sed cum fraus non præſumatur,vti reſpondit Vlpianus in l.quoties, §. qui dolo, ff. de probat. & in l.1.ff.pro ſoc. quod etiã videtur innuere in l.1.§.deniq;ff.de acq pluu. arcen.Quod quoq;ſentire viſus eſt Accurſ.in l.ex hoc ædicto,§.alienare,in ver.non erit,ff.de alien.iud. mut.cauſ. fact.& tradit glo.in c.ſedes,in ver.deluſ.de reſcrip.& hoc pariter conſulendo docuit Bart.conſ.65.nu.3. & poſſent ſexcenti Auctores in medium afferri, qui huius pronunciati veritatem auctoritate ſua confirmarunt, vbi ſcribit Maſcar.de probat.concl.814.n.2.p.2.& in puncto, quod in aſſumente Clericatum poſt delictum,de quo non præceſſit accuſatio,ſeu diffamatio, quod in fraudem factum non preſumatur affirmarunt Alber.in l.cum ratio,§.& bonis,n.1.ff.de bon.damnat.Salic.in Authen.ſtatuimus,nu. 2.C.de Epiſ.& Cler.Ang.in l.ſi quis poſtea,n.4.ff. de iudic.Abb.in c.1.n.5.de oblig.ad ratio.vbi Anan.n.7.Marian.in d.c.propoſuiſti,n.53.de for.comp.Marquar.de Iudæ.par.3.c.5.n.3.

Qua-

Digitized by Google

7 Quapropter ab allegante eſſet probanda, c. ſancimus, in fin. 1.q.1. l. 1. vbi gloſ. in ver. ruptæ, C. de dol.& habemus à Sceuola in l. patronus,&in l. qui teſtamentum, ff. de probat. cum alijs congeſtis à Maſcard. vbi proximè, nu. 5. & firmat Pacian. in tract. cui incum. on. proban. c. 29. nu. 52. p. 1.& in c. 8. n. 55. p. 1.

8 Erit igitur videndum, quando præſumatur delinquens in fraudem curiæ ſecularis Clericaſſe. Et ſciendum erit fraudem coniecturis,& indicijs probari, ſicuti apertè reſcripſere Imperat. Dioclet.& Max. in l. dolum, C. de dol. & ita decreuit Bonif. viij in cap. 2. de renunc. in 6. cum alijs citatis à Petro de Vbal. in tract. de Cano. Epiſ.& Paroch. c. 6. n. 36.& omnes cumulat Maſcard. de prob. concluſ. 815. in prin. par. 2. Cæſar Barz. deciſ. Bonon. deciſ. 83. nu. 18. Farinac. conſ. 40. nu. 8. vbi Firmian. Centor. in addit. littera D. quo in loco contrarium tenentes refert, & concordat.

Et cum inter principales coniecturas ſoleat adduci illa, quæ deſumitur ex vicinitate actuum, teſte Aym. conſ. 153. nu. 9.& fuit Bart. doctrina in l. poſt contractum, nu. 8. ff. de donat. Guid. Pap. de præſumpt. n. 50. per notata per Spec. tit. de donat. §. 1. n. 7. Ant. Gabr. comm. opin. tit. de præſump. concluſ. 13. nu. 7. Io. de Amic. conſ. 1. col. 28 in fin. verſ.& in caſu noſtro, Pariſ. conſ. 143. nu. 21. lib. 4 Ruin. conſ. 130. n. 2. lib. 2.& prius dixerat conſ. 117. n. 14 lib. 1. Crott. conſ. 13. nu. 26. lib. 1. quos omnes citauit Maſcar. d. concl. 815. nu. 4. par. 2.

9 Vnde in fraudem feciſſe dicitur is, qui ſtatim commiſſo delicto Clericatum aſſumpſerit, ita Salic. in d. Authen. ſtatuimus, n. 2. C. de Epiſ.& Cler. Marſ. in l. ſtatu liber. n. 6.& ſeq. ff de quæſt. Anan. in c. 1. de oblig. ad ratio. Boſſ. in tit. de pœn. n. 26.& 38.

Digitized by Google

10 Præcipuè ſi iam de ipſo delicto fuiſſet diffamatus, vel delatus ad curiam ſecularem, nam tunc abſq; dubio præſumeretur in fraudem ordinem Clericalem aſſumpſiſſe, teſte Plach.d.c.35.num.1. circa fin. vbi dicit ita ſentiri à Doct.& ita ſeruatum fuiſſe affirmat Clar. à Senatu Mediolanenſi, d.q.35.ſub nu.44.

Tanto fortius eſſet dicendum, quod in fraudem fecerit, ſi poſt accuſationem, & inquiſitionem, & multo magis ſi poſt citationem, & contumaciam, & condemnationem delicti aſſumeretur, l.fin.ff.de bon.eor.qui ſib. mort.conſci.l.fi.ff.de re.milit.Bar.& alij in l.ſi quis poſtea, ff.de iudic.& in l.ſi adulter.§.ſi hoc tempore, ff.de adul. Clar. d. q.36.n.44.& Baiard.ad eum, ibid.nu.42.Vinc.de Franc. deciſ.209.& 384.Cott.in memor.ver.laicus, qui poſt delictum, Plach.d.c.35.num.1.ad fin.Couar.pract.quæſt.c. 32.ſub num.4.Viui.comm.opin.ver.ordo Eccleſiaſticus, Aufrer.in Clem.1.in 11.fallen. de off. Ordin. Cartar. de execut.ſent.c.fi.nu.308.Farinacc.d.q.8.num.110.Marſ. in d.l.ſtatu liber.nu.5.de quæſt.latè Igne.in d.l.fideicommiſſum, num.261.ff.ad Syllan.Marian.in c.propoſuiſti, n. 53.de for.comp.Marquar.de Iudæ.p.2.c.5.n.3. Boſſ.tit. de pœn.num.18.

11 Conſiderandum attamen erit, quod ſi Clericus poſt delictum ſtatim, vel poſt accuſationem, & inquiſitionem, vti ſupra aſſeruimus, quis efficiatur ex voto, quod ante delictum emiſſerat, nunquid fraus propterea excludetur ita, & taliter, vt à ſeculari iudice puniri nequeat, & Bal.in l.1.in fin. C.an ſer. ex ſuo fact. ſcribit non poſſe puniri à laico, quia iſte ſtatus erat implicitus tempore delicti, & ideo iudicandum eſt tanquam de clerico, quod fixumenti tenendum mandat; hoc idem ſcribit Iaſ.in l. cum quædam, n.11.ff.de iur.om.iud.Hip.ſing.134.Ferat.caut. 23.10.

23.Io. Arno.ſing.29.Pet.Duen.reg.tract.reg.100.ad fin. Viui.comm.opin.ver Clericus,n.38.qui de communi, & aſſentit Farin.d.q.8.ſub n.114.verſ.& ad præmiſſa aduerte, Decian.d.c.9.n.23.lib.4.

12 Hancq; voti ante delictum emiſſionem,ipſius, qui vouit,iuramento probari contendunt,Petr.Gerar. ſing. 51. Bard.de temp.vtil.& contin.c.11.n.13. Iaſ.in d.l.cum quædam,nu.12.Marſ.ſing.534.Io.Arno.d.ſing.29.Viu. d.comm.opin.in ver.Clericus,n.38. Decian.d.c.9.num. 23.lib.4.

Et mouentur per illam ſatis notam propoſitionem, licet omnium conſenſu receptam.Quod in his,quæ in animo conſiſtunt,prout eſt votum, eius vouentis ſacramento ſtetur,glo.in §.alię,Inſtit.de actio.& in c.ſignificaſti, il 2.de homic.& in c.ſi verò,il 2.de ſent. excomm. Alciat. de præſump.reg.2.præſump.10.Cartar. poſt multos de execut.ſent.c.fi.ſub nu.308.& Ferat.caut.23.notabiliter dixit. Qui votum fecit Clericatus,licet adhuc non effectus,ſi captus medio iuramento id aſſerat, dicatq; ſe modò velle adimplere votum,& Clericatum aſſumere, tamquam perſona Eccleſiaſtica,non poteſt amplius per ſecularem iudicem puniri.

13 Tamen aſſertio iſta non tranſit abſque contradictore, quia,& ſi verum ſit,ea,quæ dependũt ab animo,iuramento probari aſſerentis,nihilominus hoc non militat,quando agitur de graui præiudicio, quo in caſu plenior, & certior requiritur probatio.ita Abb. in capitulo quoſdam de præſumpt. Felin.in capitulo cognoſcentes,num. 14.de Conſtit.& ibi Dec.ad fin.Gemin.in capitulo eos,de tempor.ordin.

Sed in caſu propoſito, ex quo agitur de iuriſdictione Eccleſiaſtica,& de Reipublicæ enormi læſione, eſſet pro-

Digitized by Google

bandum votum, aliter quam per iuramentum, & dicta com munis opinio non ſeruaretur à iudicibus noſtri temporis, ſecundum Caſſan. in Conſuet. Burgund. in tit. des iuſtices, rub. 1. n. 68. & iſta Bal. ſententia non placet Plach. d. c. 35. n. 6. cum dicat non iure probari, & eam improbat Couar. d. c. 33. in fi. pract. q. Qui dixit non eſſe mirum ſi Bal. & Iaſ. ſententia in praxi refellitur, & expreſsè illam reprobat Claud. Seiſelli in L. 1. C. an ſer. ex fact. ſuo, & cum prædictis reſidet Cartar. de execut. ſenten. d. c. fin. ſub num. 308. & comprobat Farin. hanc opinionem, d. q. 8. ſub nu. 114. vbi dicit, ſi aliter diceremus, velimuſq; dictam contrariam ſententiam ſequi, reſultaret hæc abſurditas, quod ſemper effectus Clericus poſt delictum, forum ſeculare eſ fugeret, cum nemo ſit hiſce infelicibus temporibus, qui ad effugiendas graues ſeculares pœnas, non millies iuraret, ſe tale votum feciſſe, & ideo ſi aliunde votũ non probetur, quam per aſſerentis iuramentum, talis probatio nõ admitteretur, & iſto caſu cautela erat, poſſet dici fallacia, & fabuloſa, vti aſſeruit Foller. in Conſtit. Regni in rub. de Epiſc. & Cler. in ver. Aſcriptitios, num. 7.

14 Si vero cum iuramento concurreret aliqua alia probatio, etiam non plena, quæ adminicularet iuramentũ, tunc vouentis aſſertioni iuratę eſſet ſtandum, ſic conciliando opiniones concludit Farinac. d. q. 8. ſub nu. 114. verſ. arbitror in hac re, vbi exemplificat, & reſpondet Couar. tenenti, quod data etiam plena voti probatione, fraudis ſuſpicio non excludatur, propter frequentes hominum cautelas, quibus paſſim vtuntur ij, qui iuriſdictionem ſecularem ad liberius delinquendum effugere nituntur, cuius opinio ſibi non placet, quia data vera voti probatione, omnis ceſſat fraudis præſumptio, & ideo non recedendum à communi opinione.

Scien-

Digitized by Google

15 Sciendum iterum erit pro complemento huius capituli,quod delinquens,etiam in fraudem poſt delictum Clericus effectus, non poterit vllo pacto corporaliter puniri à ſeculari iudice,qui tantum erit iudex cauſæ, ſed non perſonæ,& propterea poſſet in bonis, & pecuniariter ſolummodo punire,ita originaliter docuit Io. Andr. in c.1. nu.19.in fin de oblig.ad ratio.ſequutus ibi ab Abb.num. 5.& ab Anan.col.fin.& Salic.in Authen.ſtatuimus, nu.2. C.de Epiſ.& Cler.Marian.in d. c. propoſuiſti,num.52.& Boich.n.10.de for.comp.Vinc.de Franch.d.deciſ.209.& connumeratis multis,Farina.d.q.8.nu.107. idem Farin. latè in puncto reſpondit conſ.77.per totum,vbi adamuſſim articulum iſtum enucleauit,ideo omnino videatur, ſi caſus euenerit.

16 Verum temporibus noſtris vix dari poſſet caſus,quod quis poſt delictum fraudulenter aſſumat Clericatum, ſic dictante Sacra Tridentina Synodo,cap.4.ſeſſ.23.& c.ſeq. in quibus ſanctiſſimè ſancitur,ne prima tonſura initietur quis,de quo probabilis coniectura non ſit, eum non ſecularis iudicij ſugiendi fraude, ſed vt Deo fidelem cultum præſtet, hoc vitæ genus elegiſſe, & ad minores ordines promouendus bonum à Parocho, & à Magiſtro ſcholæ, in qua educatur, teſtimonium habeat. Hi vero qui ad maiores ordines ſunt aſſumendi, per menſem ante ordinationem Epiſcopum adeant, qui Parocho, aut alteri,cui magis expedire videbitur,committat, vt nominibus,ac deſiderio eorum,qui volunt promoueri, publicè in Eccleſia propoſitis, de ipſorum ordinandorum natalibus,ætate,moribus, & vita, à fide dignis diligenter inquirat, & litteras teſtimoniales, ipſam inquiſitionem factam continentes, ad ipſum Epiſcopum quamprimum tranſmittat. Quod non alia de cauſa factum

fuit, ne criminoſi ſub prætextu Clericatus fraudarent Curias ſeculares, de qua materia videnda erit Bulla Sixti v. 73. in ordine.

De exemptione Clericorum à laicali iuriſdictione in ciuilibus. Cap. XX.

SVMMARIVM.

1 *Clerici in ciuilibus cauſis coram Eccleſiaſtico iudice conueniendi.*

2 *Deus Omnipotens voluit Clericos diſcuti à Pontificibus, & non à ſecularibus Poteſtatibus. Quorum cauſæ ſunt apud Eccleſiaſticum iudicem ventilandæ.*

3 *Si cauſa pertineret ad Clericum, & laicum inſeparabiliter, tota deuoluitur ad Eccleſiaſticum iudicem.*
Idq; ampliatur, etiam ſi plures eſſent laici, quam Clerici.

4 *Quod inductum fuit, ne cauſæ continentia diuidatur.*
Et etiam ne ſequatur abſurdum, ſi variæ, & fortè contraria proferrentur ſententiæ in eadem cauſa, & iudicio.

5 *Clerici laicis digniores.*
Ideo trahunt ad ſe laicos minus dignos.

6 *Si cauſa compromittatur in Clericum, & laicum, erit à laudo reclamandum ad* Eccleſiaſticum.

7 *Si laicus, & clericus inter ſe litem agerent, ad quem appellandum? an ad Eccleſiaſticum, vel ſecularem iudicem? demonſtratur.*

8 *Concordando opiniones Scribentium declaratur, quod ſi laudum ex forma ſtatuti habet vim ſententiæ, & parit actionem, tunc adeundus erit iudex arbitratoris, ſecus ſi non parat actionem.*

9 *Si plures reperiantur in eodē delicto, inter quos adſit vnus* Cle-

Clericus, & cæteri laici, ſunt omnes remittendi ad Eccleſiaſticum iux. ſent. Ant. de Prat. veter.

10 *Quæ opinio malè practicatur à iudicibus noſtri temporis, qui ad laicos, cognoſcunt, & Clericos remittunt.*

11 *In punitione delictorum cauſa continentia commodè diuiditur.*

12 *Sententia Ant. de Prat. veter. comprobatur, iuxta quam decretum fuiſſe à Sacr. Conſulta demonſtratur.*

13 *Punitus ab Eccleſiaſtico nunquid à ſeculari iudice pro eodem crimine puniri poſſit, latiſſ. enucleatur.*

14 *Sententia, cum executionem habuit, parit exceptionem, et non eſt iterum de eodem delicto quærendum, & alia pœna reus non eſt plectendus, cum Deus bis non iudicet in idipſum.*

15 *In duobus caſibus punitus ab Eccleſiaſtico iterum à ſeculari iudice puniri poterit pro eodem crimine.*

16 *Primus eſt, quando tantum pœna ſpiritualis eſſet impoſita ab Eccleſiaſtico.*

17 *Secundus, quando non condignè pro delicto fuiſſet ab Eccleſiaſtico punitus.*

18 *Quando laicus de delicto mixti fori condignè dicatur punitus ab Eccleſiaſtico, vt à ſeculari iudice iterum pro eodem puniri nequeat, declaratur.*

19 *Quando ſecularis iudex punit laicum, tanquam non condignè punitum ab Eccleſiaſtico, pœna non reiteratur, ſed ſuppletur.*

20 *Si loco pœnæ corporalis, quæ pro delicto de iure erat imponenda, Eccleſiaſticus iudex pecuniariam impoſuiſſet, quid faciendum oſtenditur.*

21 *Si pœna corporalis eſſet impoſita ab Eccleſiaſtico, puta, fuſtigationis, & de iure erat abſcindenda manus, cum in pœnis corporalibus non detur augumentum, ſeù dimi-*

nutio, neq; poſſit fieri reſtitutio, tunc per pœnam pecuniariam erit ſupplendum.

22 *Clericus in iudicio laudatus in auctorem à laico an poſſit fori declinatoriam opponere, diffusè tractatur.*

23 *Clericus, ſi ad iudicium venit pro defenſione laici, à quo fuit auctor laudatus, coram ſeculari iudice tenetur eum defendere ſecundum communem.*

24 *Et iſto caſu dicitur merus, & neceſſarius defenſor emptoris.*

25 *Clericus pro defenſione emptoris cōparens non remittitur ad ſuum iudicem; quia ex eius perſona non variatur forus, & ſuum priuilegium non debet actori nocere.*

26 *Si Eccleſiaſticus inhiberet ſeculari iudici, ne procederet in cauſa, in qua pro defenſione emptoris comparet Clericus, non eſt obediendus, & non curandū de inhibitione.*

27 *Quotieſcumq; Clericus ad iudicium venit principaliter pro ſuo intereſſe, & in eo ſubſtantiatur iudicium, ſemper remittitur ad ſuum iudicem.*

28 *Laicus conuentus ſi diceret ſe poſſidere nomine Clerici, fit remiſſio, Clerico inſtante. Quod verum eſt, ſi habeat Clericus ius in re.*

29 *Si Clericus non principaliter, ſed acceſſoriè veniat ad iudicium, non remittitur.*

30 *Tanto minus fit remiſſio Clerico venienti ad iudicium l. te cœpta, quia tunc non poteſt vti exceptionibus ex ſua perſona priuilegiatis.*

31 *Venditor veniens ad iudicium pro defenſione emptoris nō poteſt reddere conditionem actoris deteriorem, ſed admittitur in ſtatu, in quo reperitur cauſa, & excluditur ab omnibus, à quibus excluditur emptor.*

32 *Quotieſcumq; comparet Clericus ad defendendum emptorem, lis verè cum eo non tractatur, nec efficitur de foro*

ſecu-

ſeculari, & ſententia non fertur, nec exequitur contra eum ſed contra emptorem.

33 *Si Clericus conueniretur, vt condemnetur pro euictione, remittitur ad Eccleſiaſticum.*

34 *Clericus, ſi coram iudice laico compareat ad impediendũ executionem ſententiæ latæ contra tertium tenetur coram ſeculari litigare; Ratioq́; aſſignatur.*

35 *Reconueniri nunquid poſſit Clericus coram ſeculari plenius tractatur, & reconueniri poſſe concluditur.*

36 *Clericus & ſi deſiſtere vellet à conuentione, nihilo ſecus reconueniri poteſt coram ſeculari.*

37 *In quo tamen articulo ſi Clericus recõueniri poſſit, ſtatur conſuetudini propter varias Scribentium ſententias.*

38 *Reconuentio incontinenti fienda in ipſo litis exordio, & ante litis conteſtationem, & tunc operatur effectũ prorogatiuum iuriſdictionis, & cauſæ conuentionis, & reconuentionis ſunt ſimul tractandæ, & decidendæ.*

39 *Reconuentionis poſt litem conteſtatã effectus referuntur.*

40 *Reconuentio in cauſa appellationis non admittitur.*

41 *Si ab interlocutoria fuerit appellatum, quando coram iudice appellationis reconuentio detur, declaratur.*

42 *Reconuentio quando concedatur coram iudice Delegato, demonſtratur.*

43 *Clericus laici hæres, quando poſſit ad iudicium fori ſecularis vocari ratione illius hæreditatis, pertractatur.*

44 *Fiſcus non tenetur litem proſequi in foro, quo erat cœpta, cum habeat proprium iudicem.*

45 *Clericus hæres laici non tenetur litem cœptam coram laico iudice, viuente teſtatore, proſequi, ſed denuo erit ſuper eadem re coram Eccleſiaſtico conueniendus.*

46 *Cauſæ Clericorũ nec principaliter, nec incidenter tractantur coram ſeculari iudice, quia iudicantur ſpirituales*

reſpe-

reſpectu perſonæ Clerici.

47 *Eccleſiaſticus iudex ſententiam laici iudicis exequi non tenetur.*

48 *Litis conteſtatio non operatur, vt Clericus proſequi teneatur cauſam coram ſeculari.*

49 *Intellectus ad l. cœptum, ff. de iudic. datur.*

50 *Clericus, qui coram ſeculari iudice fideiuſſit pro laico, de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo, an poſſit conueniri coram eodem, diſcutitur.*

51 *Ratione contractus fideiuſſor non obligatur foro ſui principalis, & laicus fideiuſsor Clerici coram ſeculari conuenitur.*

52 *Clerici fideiuſſio facta in iudicio coram non ſuo iudice, non valet.*

53 *Clericus depoſitarius non poteſt pro reſtitutione depoſiti coram laico iudice conueniri, quamquam in iudicio ſeculari depoſitum receperit.*

54 *Clericus officium ſeculare gerens non poteſt coram laico iudice conueniri pro concernentibus dictum officium.*

55 *Clericus adminiſtrator bonorum Principis ſecularis non poteſt ab eo carcerari pro ratione reddenda.*

56 *Clericus Vaſſallus ratione feudi coram* Domino *laico feudi conuenitur.*

57 *Occaſione feudi, quod Clericus habet à laico, ſubeſt laico, eiq; iuramentum fidelitatis præſtat.*

58 *Quia occaſione feudi non iudicatur, vti perſona Eccleſiaſtica, ſed vt Princeps, Dux Marchio, & Comes.*

59 *Clericus, & ſi ratione feudi conueniatur coram Domino in his, quæ reſpiciunt feudum, tamen non poteſt aſtringi, nec de aliquo delicto condemnari ab ipſo feudi Dño.*

60 *Gugliel. de Bened. in c. Raynut. de teſtam. reprobatur.*

61 *In cauſa poſseſſorii quomodo, & quando Clericus coram laico*

Digitized by Google

laico iudice conueniatur, demonſtratur, & quatuor conſtituuntur caſus.

62 *Cum turbator eſt laicus, turbatus vero Clericus, laicus iudex eſt competens.*

63 *Si de titulo vna cum poſſeſſione cognoſcendum ſit, laicus non eſt competens, ſi de titulo principaliter agatur, ſecus ſi incidenter.*

64 *Quando principaliter tractari dicatur, demonſtratur.* *Si de titulo poſſeſſionis euidenter conſtaret, iudex ſecularis non impeditur de cauſa cognoſcere.*

65 *Quando titulus eſt iuſtificandus; parte non opponente de incompetentia iudicis, laicus iudex poteſt cognoſcere.*

66 *Iudex laicus, quando incidenter cognoſcit de titulo, quomodo pronunciare debeat, oſtenditur.*

67 *Laicus ſi à Clerico turbetur, adeundus eſt Eccleſiaſticus iudex.*

68 *Laicus incapax eſt poſſeſſionis, vel quaſi rei Eccleſiaſticæ, de quibus nullo modo diſponere poteſt.*

69 *Si turbator, & turbatus eſſent laici, etiam ſi de re beneficiaria tractetur, laicus eſt competens.* *Qui rectè faciet, ſi cognito neutrum ius in cauſa fouere, notificauerit Eccleſiaſtico iudici, ne iura Eccleſiarũ occupentur, cum conueniat laico iudici Eccleſiã tueri.*

70 *Si turbator, & turbatus ſint clerici, eccleſiaſticus iudex competens erit. Cum nec etiam in poſſeſſorijs clericus poſſit trahi, neq; citari coram ſeculari iudice.*

71 *Prædicta etiam in remedio adipiſcenda procedere demonſtratur, reiecta Igne, & Thеſ. ſententia.*

72 *Si iudex eccleſiaſticus eſt negligens in adminiſtranda iuſtitia in ciuilibus, poteſt illius negligentia ſuppleri per laicum iudicem, quod ſecus eſt in criminalibus.*

73 *Clericus citatus à laico iudice, ſi ſua putauerit intereſſe,*

fori

fori declinatoriam legitimè opponere poteſt

74 *Præcipuè ſi in citatione dicatur, ſi non compareas, in contumaciam procedetur.*

75 *Si Clericus ita citatus non comparuerit, acta, & ſententia contra eum lata non afficiunt.*

TRACTAVIMVS ſuperius de exemptione Clericorum à ſeculari Poteſtate in cauſis criminalibus, in præſentiarum videndum erit in ciuilib.
1 † Et in Authent. Clericus, C. de Epiſc. & Cler. deſumpta ex Authent. vt Cler. apud propr. Epiſc. apertè ſtatuitur, Quod pro ciuilibus cauſis Clerici in primis conueniri debent coram ſuis Epiſcopis, qui vbi cauſam deffinire non potuerint; coram laico erunt conueniendi, qui ſine mora controuerſiã terminabit. Vnde colligere poſſumus, quod in ciuilibus, & pecuniarijs cauſis ſubiaceant Clerici laical iuriſdictioni.

Attamen hodie ceſſat hæc diſceptatio, cum Clerici omnibus in cauſis coram Epiſcopis conueniri debeant ex Authent. ſtatuimus, C. de Epiſc. & Cler. canonizata in c. ſtatuimus, 11. q. 1. per quæ illa iura fuerunt correcta, teſte Alex. conſ. 8. in prin. lib. 1. & determinauit Menoc. de arbit. iud q. 45. & caſ. 246. nu. 5. quem ſequutus fuit Hond. conſ. 3. n. 21. lib. 1. Rolan. conſ. 4. n. 7. lib. 1. vbi affirmauit,
2 † quod Deus Omnipotens voluit Clericos diſcuti à Pontificibus, & non à Poteſtatibus ſecularibus, & eorum negocia ſiue criminalia, ſiue ciuilia, non niſi apud iudicem Eccleſiaſticum ſunt ventilanda per tex. c. Clericum, il 2. & c. de perſona, 11. q. 1. c. quanto, & cap. cum ab Eccleſiarum, de off. Ordin. Soc. ſen. conſ. 12. num. 16. lib. 1.

3 In tantum ſupradicta procedunt, quod & ſi negocium pertineret ad Clericum, & laicum, ita quod ſeparari non

poſſit

poſſit, fauore Clerici totum negocium ad iudicem Eccleſiaſticum deuoluitur; etiam quo ad laicos, ita Bar. in l. pręcipimus, §. eodem obſeruando, C. de appell. vbi loquitur in duobus hæredibus quorum vnus Clericus, alter laicus ſit idem Bar. in l. iuriſperitos, §. 1. n. 1. ff. de excuſ. tut. Bal. in l. fi. q. 6. C. de ædict. Diu. Adr. tollen. Soc. in c. 1. nu. 18. de for. compet. qui ampliat, etiam ſi plures ſint laici, quã Clerici; proſequitur Marſ. in rub. ff. de fideiuſſ. nu. 130. & ſeq. Boſſ. in tit. de for. comp. n. 146. Andr. Gail. obſer. cam. imper. lib. 1. obſer. 37. in 3. ampliat. Boer. deciſ. 300. nu. 2. Decian. tract. crim. d. c. 9. n. 44. lib. 4. Surd. conſ. 396. ſub nu. 15. lib. 3. Aret. conſ. 25. nu. 3. Lambert. de iur. patron. lib. 1. artic. 6. 1. q. prin. 1. par. num. 15. & Bar. in l. ſolent. in vlt. colum. ff. de alim. & ciba. lega. docuit, quod ſi hæredes aliqui ſint laici, & Clerici, & ab eis ſint præſtanda alimenta à teſtatore relicta, poterunt coram Eccleſiaſtico omnes etiam laici conueniri, & laicus iudex coget laicum ſibi ſubiectum ire coram Epiſcopo, & eius iuriſdictionem prorogare, & prædicta probantur optimè in tex. cap. per tuas, de arbit. & hoc dictum extollit Marian. in c. 2. in

4 8. fallent de mut. petit. Quod inductum fuit, ne cauſæ continentia diuidatur, l. nulli, C. de iudic. c. 1. de cauſ. poſſeſ. & propr. c. 1. de ſequeſtr poſſeſs. & to. tit. ff. de quib. reb. ad eumd. iud. eat. Boſs. tit. de for. compet. nu. 108. & 121. Menoch. de arbitrar. iud. caſ. 321. & comprobat Scacc. de iudic. cauſ. ciuil & crim. c. 11. nu. 24. & Socin. d. conſ. 12. nu. 17. lib. 1. ſcribit, quod non ſolum ne cauſæ continentia diuidatur hoc procedit, ſed etiam ne ſequatur abſurdum ſi variæ proferentur ſententiæ, & fortè etiam contrariæ in eademmet cauſa, & iudicio.

5 Et cum Clerici digniores abſq; dubio ſint laicis, c. duo ſunt. 96. diſt. in quo habetur. Quod aurum non tam præcioſius

cioſius eſt plumbo,quin Regia Poteſtate ſit altior ordo Sacerdotalis,& ibi glo.fin.dixit,Et quanta eſt differentia inter Solem, & Lunam, tanta eſt differentia inter Imperium,& Sacerdotium,per tex.c.ſolita, de maior. & obed. Ideo Clerici magis digni trahunt ad ſe laicos minus dignos;vt in propoſito tradit Staphil.de ſigna.litt.iuſt.rub. cauſ.Eccleſ.cui commit. debe. fol. 302. prout eum refert Scac.d.c.11.ſub n.24.& benè declarat Marant. in pract. par.4.diſt.11.num.21.

6 Et ita,& taliter Clericus vti dignior, trahit ad ſe minus dignum laicum, vt ſi aliqua cauſa eſſet decidenda à partibus ipſis remiſſa in duos iudices, quorum vnus eſſet laicus,alter Clericus,vti factũ fuit in cauſa Illuſt.D.Cap. Camilli Bonauenturæ Vrbinatis cum Illuſt.D.Clara eius ex fratre nepte, nupta Illuſtr. D. Roberto Benamato de Cantiano,quam præfati vnanimiter compromiſſerunt in Illuſtr.& Excell. D. Simonem Nutium huiuſce Ciuitatis Doctorem celeberrimum, & in me, quæ adhuc indeciſa pendet,quando laudum à nobis prolatum fuerit, erit appellandum ad Eccleſiaſticum;eo quia ego Clericus, tanquam magis dignus,trahere debeo D. Nutium laicum, licet in reliquis ætate,& doctrina me ſuperet, cui ego, vti fratri meo,ſemper in omnibus deferam,& quod dixi,probatur per doctrinam Bal.in d.l.præcipimus circa fi. C. de appell.& conſuluit Rom.conſ.265.ſub n.2.Mattheſ.not. 144.Aufrer.in tract.de poteſtat.Eccleſ.ſup.laicos caſ.13 num.10.Iaſ.in l.imperium,ſub num.3.ff.de iur.omn.iud. Marant.in pract.14.parte 11.diſtin.num.18.& in ſexta parte 2.act.numero 101.Staphil.de grat.& expect. §. dicendum eſt,numero 4.Blanch.de compromiſſ.quæſt.10. num.15.

7 Quamquam magna ſit inter Scribentes altercatio, ſi

laicus,

laicus,& Clericus inter ſe litigarent,ſeù cauſam compromiſſerint,ad quem appellari,vel reductio peti debeat, & quod non attendatur perſona litigantium, ſed iudicis, & arbitri, quia hic non agitur de reformando actum partiũ, ſed iudicis,ſentit Aufrer.in tract.de poteſt.Eccleſ. ſup.laicos,caſu 18.num.14.& in tract.de poteſt.ſecul.ſup.Eccleſiaſt.perſon.in 2.reg.in 17.fallen.numero 17.Nic.Milia. in reper.in verbo arbiter,verſ. 55. Dec. in rubr. de appellat ad fin.dicens hoc communiter teneri, Felin. in cap.1. num.6.de præſcript.Pariſ.conſil.45.num.11.& num.65. lib. 1.

Contrarium tamen,quod adeundus ſit iudex rei,& ſic ille, qui futurus erat iudex,ſi actor in iudicio egiſſet, docuit Bart.in l.ſi ſocietate,§.arbitrorum,num.19.& 20. ff. pro ſoc.Panor.in c.Quintauallis,nu.39. de iure iurando, qui dicit,in hoc omnes conuenire,idem Panorm.in c.expoſitio,ſub num.ſecundo,de arbit.Bal.ad Spec.tit. de arbitr.& arbitr.col.2.verſic. petitio reductionis, Blanch.de compromiſſ.quæſt.10.num.13.& ſeq.Couarru. latè poſt plures hinc inde relatos,dicens hanc communem opinionem var.reſolut.lib.2.c.12.in prin.Rebuff.de arbitr.& arbitr.art. 1.glo.10.in princ.Cagno.latiſſ.in l.2.quæſt.107 nu.280.C.de pact.int.empt.&vend.Bertach.licet ſub dubius in repert.in verb.reductio verſic.14. cum ſeq. Ang. conſil. 219. in primo dub.Soc.ſen.conſil.18.numero 31 lib. 1.

8 Concordando nihilominus pugnantes iſtos Scribentes, dicere poſsumus,quod quando laudum ex forma ſtatuti habet vim ſentẽtiæ,& parit actionẽ, iſto in caſu eſt adeundus iudex arbitratoris,ita,Milia.qui doctrinam Bartol.in dicto §.arbitratorum, intelligit, in reper. dicto verſiculo 55.Mirant.in practic.3.par.6.princ.2.act. ſub num.114.

Bar.

Digitized by Google

Bar.ipſe in l.2.in fi.C.vbi,& ap.quē.Panor.in d.c.Quintauallis.ſub nu.39.vbi apoſt.Lanfr.Orian.in tract. de arbitr.in prin.ſub num.35 & n.36.in vlt p.q.19.ſub nu.44 Bald.in d.l.2.in fi.C.de pact int.empt.& vend.Pariſ.dict. conſil.45.nu.13.& nu.66.lib.1. vbi latiſſ. & communem opinionem dicens pract Papien.vbi ita concordat, & diſtinguit in forma libell. quo agit ad pœn.ex compromiſſ. in ver.nec reductio;nume.5. & ſentit Couar. licet obſcurè dicto cap. 12.num.2.var.reſolut lib.2.Curt iun.ad Caſtren.in l.ſi ſuſpectu,§ fi.ff.de inoff.teſta.Villalob. comm. opin.litt.R,nu.13.Quamquam Calcan conſ.vlt. per tot. latè reſponderit, quod in omni caſu reductio peti debet coram iudice Eccleſiaſtico.

9 Quæ omnia, non ſolum locum ſibi vendicant in ciuilibus cauſis, vti demonſtrauimus, ſed etiam ſi plures reperiantur in eodem crimine,inter quos ſit vnus Clericus, & cæteri laici, & omnes inquirerentur per laicum iudicē, & Clericus opponendo de Clericatu forum declinaret, deberent & laici ad Eccleſiaſticum remitti, contemplatione illius Clerici;ne cauſæ continentia diuidatur;huiuſ modi auctor fuit Ant.de Prat.veter.in l.prima,in fine, ff. quæ ſentent.ſit appellat.reſcind.quem refert, & ſequitur Felin.in cap.primo,columna 4. de præſcript. vbi multum exclamat de tali dicto, & illud ſummopere commendat Marian.in cap.2.in 8.fallent.de mu.petit.& Marant.in pract.dicta parte 4.diſt.11.numero 21 mandat perpetuò menti tenendum, quia quotidie contingit, & ita ſentire communiter omnes teſtatur,proſequitur Boſſ.titulo de foro compet.num.116.in fine,& affirmat Gomez in cap. primo,num.47.de reſcript.in ſexto, & quod hæc ſit magis communis opinio comprobat Menoch.de arbitr.caſ. 371.numero 12.& ſecundum hanc opinionem quandoque

que fuiſſe iudicatum affirmat Soccin.in l.cum Senatus,in fin.ff. de reb. dub & Marcheſan.de commiſſionib.par.1. comment.2.auocat.cauſ.cap.2.num.27.& ſequen.& ita in facti contingentia obtinuiſſe atteſtatur Io. Arno. Soliloq.17.Decia.latè d.c.9.num.44.lib.4.& obſeruari ſententiam Ant de Prat. veter. comprobat Caſſane.in conſuet.Burgund.rubr.1.§ 5.numero 70.& pro cautela eam dat Ferat.caut.10.Ferdinand.Loazes,de matrim.10.dubit.numero 20.Crott.in l.1.in princ in 2.notabil.ſub numer.15.ff.de verbor.obligation.Zuccard.in repet.l.fin.numero 36.C.de bonorum poſſeſſ.contr tab.Rim.iun.inſti.quib.alien non licet,in princip.numero 156.Natt.in cap. quamuis,de pact.in 6.Iaſ.in l.imperium,num.3.ff de iur. om.iudic.Marſ.ſingul.108.numero 2.& cauſ.crim.conſ. 67.numero 61.Borell.in tractat. de arbitr.§.1.gloſ.3.numero 244.Scacci.qui de magis communi teſtatur d.cap. 11.numero 24.Ioſeph.Ludo.deciſ.Lucen.26.numer.18 prima parte, & reſponderunt conſulti Pariſ. conſil. 154. num.1.lib.4.Soccin.iun.conſil.34.colum.1.lib.2. Card. Alban.conſil.13.num.6.& aſſentit Farin. d. q.8.numero 151.in fin.

10 Hæc tamen communis ſententia à iudicibus malè practicatur ſecundum Igne.in l.1.§.ſi quis in villa,nume 17 ff.ad Syllan.& in Ducatu Mediolanen. ſemper obſeruari vidiſſe dicit Clar.in practic.§.final.quæſtion.36. ſub numer. 46. quod iudex laicus cognoſcit quo ad laicos, & Eccleſiaſticus quo ad Clericos, & ita ſeruaſſe Conſilium Neapolitanum refert Capic. deciſ. 173. vbi Proſp. Petra in addit. Grammat. deciſ. 21.Vincent. de Franch. deciſ.426.& firmat Rebuff.in repet.Authent.habita,priuil.106. C. ne fil.pro patr. & in proœm. Regiarum Conſtitut. gloſ. 1. numero 117.& Boer. in conſuet. Biturien.

tit.de iuriſd.§.9.ait priorem opinionem nunquam in praxi ſeruatam fuiſſe, Aym.conſ.232.qui latiſſ. & Couarru. pract.quæſt.cap.34. numero primo, vbi articulum diſcutit,& adducit tex.in l.ſi quis vxori,ff.de furt.in princ. vbi in delictis ſocius criminis minimè gaudet beneficio ſocij,& ſecundum Marc.Ant.Cucc.inſtit.maio.lib.3.tit.9. ſub nume.16.conſuetudo eſt,vt iudex Eccleſiaſticus puniat Clericos,& laicus laicos,à qua conſuetudine recedẽdum non eſſe affirmat,& comprobat Vrſil.ad Afflict. deciſione 213.numero 7.Oſaſch.deciſione Pedem.103.numero 10.Stephan.Lambert.de contract. gloſ.fin.numero 244.vbi refert,ſe audiuiſſe legentem Card.Alcia.l.fin.C. de bono.poſſeſſ.contr.tab. & atteſtantem, nunquam potuiſſe inducere Senatum Mediolanenſem, vt obſeruaret dictam opinionem Ant.de Prat.veter.Gomez.var.reſolution.libro tertio,cap.10.numero 6.qui dicit ita in Hiſpania communiter practicari,& Menoc.de arbit.d.caſ.371. numero duodecimo, ſcribit, quod vix à laicis iudicibus obſeruatur.

11 Et mouentur iſti, quia in punitione delictorum commodè cauſæ continentia diuiditur, & Clericus ab Eccleſiaſtico digna plectitur pœna, & laicus à ſeculari, quod ſi cauſa eſſet indiuiſibilis, vtique opinio Anton. de Prat. veter.procederet,ita Couarr. Oſaſch. & Gomez.locis ſupracitatis.

12 Mihi autem conſideratio iſtorum non placet,& opinionem Ant de Prat.vet.ſequendam eſſe affirmarem.

Quia dato, quod commodè vterque iudex ſuum iuriſdictionarium punire poſſet, tamen abſurditas non remouetur,quæ de facili dari poteſt,ſi diuerſæ,& forſitan contrariæ ferrentur ſententiæ, ita vt Eccleſiaſticus puniret Clericum,laicus vero abſolueret,cum tamen tam laicus,

quam

quam Clericus de eodem delicto inquietentur,& probationes æquales contra omnes adeſſent,vti conſiderat Menoch.d.caſ.371.per l.nulli,C.de iudic.

Nec obſtat tex.l.ſi vxori,in princ.ff. de furt.adductus, & ponderatus à Couar.

Nam cum vxor de furto non teneatur pro rebus ſubtractis viro, ſi alius, qui ei opem præſtitit in furando, hanc immunitatem haberet, vtique impunitus euaderet, & ideo non mirum, ſi priuilegio vxoris non gaudeat.

Quod non ſic erit in facto iſto,quia,quotieſcumque pęna dignus eſſet laicus,qui vna cum Clerico deliquerit, abſque dubio ab Eccleſiaſtico eſſet puniendus, & ſic pœnam non euaderet, & propterea opinionem communem tenendam eſſe comprobat Scacci. dicto capitulo 11. numero 24.qui ait,ita anno 1591.ordinatum fuiſſe per Sacram Conſultam in Clerico,& laicis inquiſitis de violentia illata cuidam mulieri,qui omnes remiſſi fuerunt ad Eccleſiaſticum iudicem,& Farinacc.dicta quæſt. 8. numero 151.in fin.in impreſſis vltimo loco. Et ſi ſuperius recenſuerit contrarium tenentes,tamen cum viderit Scacc.vbi proximè,referentem decretum Sacræ Conſultę, cum hac parte tranſiuit. Quam tenendam eſſe quoque comprobat Decian.dicto cap.9.numero 44.lib.4.vbi pluribus exornat,eamque dicit procedere, ne dum ſi Clericus petat ſe remitti ad ſuum iudicem,ſed etiam ſi hoc non petat Clericus, ſed vnus ex laicis,quia vno tantum inſtante, omnes remittuntur,prout eum refert,& ſequitur Farinac. d. q.8.num.151.

Et licet iſta, quæ modò diximus, caderent, & eſſent apponenda ſuperius, dum egimus de exemptione in criminalibus cauſis, verum vt materia iſta tam ciui-

lis, quam criminalis in vnum connectetur, hoc in loco appoſui.

13 Inſurgit ex præfatis alia difficultas, nunquid iſte laicus, qui vna cum Clerico deliquit, & ad iudicem Eccleſiaſticum ratione continentiæ cauſæ remiſſus, & ab eo punitus, poſſit à laico, & ſeculari iudice iterum puniri pro ipſomet delicto, & Bald. in l. placet, C. de ſacroſanct. Eccleſ. & in l. ſi quis in hoc genus, C. de Epiſcop. & Cleric. & conſilio 260. libro tertio, voluit, quod abſolutus, ſeù condemnatus in foro Eccleſiaſtico, adhuc in delictis mixti fori poterit accuſari, inquiri, & puniri per ſecularem iudicem, non obſtante abſolutione, ſeu condemnatione facta in foro Eccleſiaſtico, & eſt communis opinio ſecundum Felin in capitulo de his, numero decimo, de accuſat. prout eum refert Alciat. in capitulo primo, numero 128. de offic. Ordin. qui & ipſe atteſtatur hanc eſse communem opinionem, Clar. in practica, §. final. queſt. 53. numero decimoquarto, licet dicat non inueniſse in ſuo libro. Felin. de communi atteſtantem, hoc idem ſentit Ant. Gomez. var. reſolution. lib. 3. c. 1. ſub num. 40. Couar. var. reſolut. lib. 2. c. 11. n. 25. Villalob. com. opin. ver. condemnatus, nu. 123. latè Arnal. Alber. in tract. de cognoſcen aſsert. Cath. & hæret. q. 15. concluſ. 6. per tot. Becci. conſ. 69. n. 3. & ſeq. Oſaſch. conſ. 25. nu. 28. Bruno. à Sol. in q. legal. q. 17. nu 41. & ſeq. vbi iſtius dicti rationem aſſignat, quia iuriſdictio Eccleſiaſtica, & iuriſdictio ſecularis ſunt penitus ſeparatæ, & diſtinctæ, ideo abſolutoria lata in vno foro non parit exceptionem rei iudicatæ in alio, ſecundum Cyn. in l. fin. col. pen. verſ. ſeptimo probatur, ff. de iur. omn. iud.

14 Cuius cõtrariũ de iure dicendũ videtur, nã cum laicus condemnatus fuerit ab Eccleſiaſtico iudice, & ſñia executionem.

cutionem habuerit, non debet iterum alia poena plecti, quia ſæpius de eodem hominis admiſſo quæri non debet l.licet.§.vlt.ff.naut.caup.& ſtabul.l.ſenatus.ff.de accuſat. l.qui de crimine.C.eo.firmat Vulpell.conſ.46.num. 9.& ſcribit Hoſtien.in.c.1.de off.ordin.quod poſtquam iudex Eccleſiaſticus puniuit laicum,non poteris iudex ſecularis corporaliter, vel temporaliter punire. Quia non iudicat Deus bis in idipſum, & plures poenæ pro eodem delicto eiuſdem qualitatis inferri non poſſunt, ita Roman. conſ. 463.& ſententia condemnatoria ſequuta ſatisfactione, parit exceptionem rei iudicatæ. Bart. in.l. ſepulcri. ff. de ſepul.viola.Aret.conſ.58.num. 12.qui facit æquiparationem, quod ſicut abſolutus ſemel in vno foro non poteſt condemnari in alio, ita etiam condemnatus, & vult. Dec. in l. bona fides num. 6.ff.de reg iur. Bal.conſ.392.lib.3. Caſtren. conſ. 18. lib. 1. Barbat.conſ.75.nu.3.lib.3.Marāt.in pract.par.4.diſt.11.n.12.&13.& par.6.de inquiſ.n. 97.latè hoc comprobat Boer.dec.289.& eſſet abſurdum, quod iſte laicus pro vno delicto duplicem poenam pateretur, quod eſt contra regulam. cap. non afferamus. 24. quæſt. 1. & Authent. omnes peregrini. C. com de ſucceſſ.

15 Verum vna cum Sigiſ.Scacci.de iudi.cauſ.ciu.& crim. c.12.nu.91.erit dicendum,quod in duobus tantum caſib. punitus ab Eccleſiaſtico poterit de eodem delicto puniri à laico iudice.

15 Primò,ſi Eccleſiaſticus poenam tantum ſpiritualem, vt puta,excommunicationis,vel alterius cenſuręEccleſiaſticæ impoſuiſſet,& non corporis, vel bonorum afflictiuam, tunc certe poterit puniri à ſeculari iudice, nec tunc dicetur bis punitus, cum poena Eccleſiaſtici iudicis potius medicinalis, & ad animæ ſalutem veniat dicenda, quod

Digitized by Google

pluribus comprobat Farinac. lib. 1. delict. q. 4. nu. 8. & fuit opinio Caſtren. in. l. cunctos populos. num. 7. C. de ſum. Trinit. & fid. Cath. & habemus tex. l. placet. verſ. ſi quis contrauenerit. vbi Doct. communiter. C. de ſacr. Eccleſ. & non diſſentit Gomez. d. cap. 1. ſub num. 4. var. reſolut. lib. 3. & placet Clar. d. quæſt. 57. verſ. ſed quæro in fin.

17 Secundus erit caſus, quãdo delictum eſſet adeo graue, vt pro eo imponenda eſſet pæna ſanguinis, quæ ab Eccleſiaſtico imponi non poteſt, & ſic ob defectum iuriſdictioni laicus ab Eccleſiaſticos non condignè fuerit punitus, nam tunc a ſeculari iudice iterum poſſet puniri, per tex. c. felicis. §. per hoc. de pæn. in 6. vbi poſt multas poenas impoſitas offendenti S. R. Eccl. Cardinalem, dicit, quod non intendit per eos adimere facultatem iudicib. ſecularib. quin poſſint procedere in eo delicto, & imponere poenas legales, quem tex. ita intelligendum ſcribit Gomez. d. c. 1. nu. 4. lib. 3. vbi à contrariis intellectibus illum defendit. Et quamquam ſpeciale videatur in offendente Cardinalem, quaſi ſecus ſit in aliis, etiam atrocioribus delictis, ſecundum gloſ. ibi, & Auguſt. ad Ang. de maleſ. in ver. ad quærelam. nu. 91. Tamen generaliter erit intelligendus in omnibus delictis mixti fori, & hoc modo reprobata gloſ. docuerunt Gomez. vbi ſup. n. 40. in fi. Boſſ. tit. de for. comp. ſub num. 147. Couar. var. reſolut. d. c. 19. verſ. vndecimo eadem Conſtitutio, & citatis his, & multis aliis aſſentit Farinac. d. q. 4. nu. 10. His igitur caſibus firmat Scacc. quod punitus ab Eccleſiaſtico iterum puniri poſſit à ſeculari iudice.

18 Sed videndum erit, quando condignè punitus dicatur ab Eccleſiaſtico, & Scacci. ibidem exemplificat in eo, qui attento ſtilo, & conſuetudine fori Eccleſiaſtici puni-

punitus fuit in vigintiquinque aureis, & ſecundum ſtilum, & conſuetudinem laicalem erat puniendus in triginta, quo in caſu ita punitus condignè punitus erit, & non poterit amplius à ſeculari vexari, per ea, quæ tradunt Io: Andr. & Gemin. in d. cap. felicis, §. per hoc. de poen. in 6. Abb. in c. tuæ. de poen. & placet Farinac. d. q. 4. num. 11. vbi diſtinctè, & plenè materiam iſtam tractat, ad quem erit confugiendum; quando caſus euenerit.

19 Et aduertendum erit, quod in caſu, quo laicus iudex vellet punire laicum, tanquam non condignè punitum, tunc poena nō reiteratur, ſed ſuppletur, ita Bar. in l. ſenatus in fin. ff. de accuſat. ſequutus à Marant. in pract. d par. 6. de inquiſit. n. 100. & voluit Farinac. d. q. 4. nu. 10. Vnde ſi laicus punitus ab Eccleſiaſtico ſoluiſſet quinquaginta, & debuiſſet puniri in centum, condemnabitur ad reliqua quinquaginta.

20 Sed quid ſi impoſita fuerit poena pecuniaria, cum imponenda fuiſſet corporalis? erit dicendum, quod ſi pecuniaria non fuerit ſoluta, non ſoluetur vlterius, & ſi ſoluta, deberet reſtitui, & imponetur poena corporalis.

21 At quando poena corporalis eſſet impoſita, vt puta, de mādato Eccleſiaſtici fuit aliquis fuſtigatus, leuiter, tamen vti decet Eccleſiaſticum iudicē, pro quo delicto erat ei de iure abſcindenda manus, tunc, cum in poenis corporalib. non detur augumentum, ſeu diminutio, neque poſſit fieri earum reſtitutio, erit ſupplendum per poenam pecuniariam, vt de mente Marant. ſentit Scacc. d. c. 12. nu. 92. in fin. & cum eo tranſit Farinac. d. q. 4. nu. 10. in fin.

22 Redeundo ad materiam noſtram exemptionis clericorum in ciuilibus à iuriſdictione laicali, cum ſoleant quā ſæ

pe clerici bona vendere,ſeu quouis alio titulo alienare in laicos vnde tum de iure communi, tum etiam vigore promiſſionis,tenetur de euictione, cumq; contra laicum emptorem cōtingat iudicialiter rei vendicatione experiri in foro ſeculari, qui in authorem laudat clericum. Quærendum erit,an hoc in caſu poſſit ipſe clericus, opponere fori declinatoria,& ſic eximere cauſam à laicali iuriſdictione, ſeu potius teneatur defendere emptorem coram laico iudice.Et videbatur dicendum,quod poſſet,eo quia clericus habet proprium iudicem.c clericum nullus.11.q.1.c. ſi diligenti.de for.compet.& ſunt exempti à iuriſdictione iudicis ſecularis per ea, quæ diximus ſuperius, & reperio, quod gloſ.in c.clericum.il 2.11.q.1.affirmauit in puncto. quod clericus poteſt opponere hanc fori declinatoriam, hoc idem dixit Alex. ad Bar. licet remiſſiue in.l.procurator ad exhibendum.§.1.verſ.determinaui. ff. rem rat. haber.Io.Arno.poſt Ang.ſing.69.& caut. 21.addit.ad Fel. repet. in ver. fortius. verſ.6.Soc.iun.conſ.40.in fin.lib.1. Marian.in.c.quoniam frequenter.q.4. nu. 127. vt lit.non conteſt.Caſtren.in l.venditor.ſub nu. 3.ff de iudic.Aret. in.§.actionem.nu.19.Inſtit.de actio.vbi dicit,quod poteſt forum declinare, & quod ita obſeruatur de conſuetudine.proſequitur Capic.deciſ.197.ſub nu.7.vbi ait in ſacro Concilio ſeruari, quod clericus auctor laudatus remittatur, & contra emptorem,ab eo cauſam habentem proceditur,hoc pariter teſtatur Grammat.dec.21. nu. 9. Quod ampliare procurauit Spec.tit.de 1.& 2.decret §.reſtat.nu. 14.etiam ſi clericus iam coram laico litigare cæpiſſet, & renunciaſſet priuilegio fori quia adhuc poſſet declinare, & opponere de clericatu.

23 In contrarium ſtat veritas. quod clericus, qui comparet ad defendendum emptorem, à quo fuit laudatus, tenetur

netur

netur eum defendere coram laico, & hæc opinio probatur in d.l.venditor ff de iudic.in ſua generalitate, dum ibi agit de venditore, cui ex priuilegio competebat declinatoria iudicii, & nihilominus ſancitur, quod veniens ad alium defendendum non poteſt allegare priuilegium ſui iudicis,& comprobatur ratione. Nam iudicium eſt inſtitutum contra emptorem, tanquam poſſeſſorem, & venditor venit ſolum ad aſſiſtendum emptori,& illum defendendum,vt in.l.1.C.vbi in rem act.hoc enim caſu non dicitur clericus conueniri coram ſeculari,quia ſolum preſtat authoritatem,& defēſionem ipſi emptori,& propterea notabiliter cauit Cagno.in.d.l.venditor.n.8.ff.de iud.Quod boni practici, inchoato iudicio, quicumq; veniat ad defendendum cauſam motam, proteſtatur quod non intendunt deſerere conuentum, nec mutare ius ſuum, & iudicium, ſed contra conuentum reum proſequi, & defenſionem animo mutandi iudicium non admittere proteſtantur,per.l.ſi mandato meo; §.1.ff.mandat.quæ practica eſt Aret. in. l.à ſententia.col.3.ff.de appellat.& eam amplectitur Natt.conſ.630.2.dub.lib.4.opinionem iſtam ſequitur Barth. Soc. conſ. 91.vlt.dub.lib.3 qui ſubtiliter hunc articulum diſputat, & tandem concludit contra clericum,Ant.de Burg.in.c.fin.poſt Abb.ibi num. 17. & per tres columnas hoc diſcutit,& finaliter ſe reſoluit contra clericum,ita quoq; concludit Anch.in c.ea, quæ.q.17.de reg. iur. in 6. idem Anch. conſil.333.Corn.conſ.79.vlt. dub.lib.4.Dec.conſ.700.Marſ. ſing. 694.Capic.d.deciſ. 197. licet de ſtilo illius Curiæ contrarium ſeruetur. Io. Fab. §. fin. Inſtit. de ſatiſd. Aufrer. ad Cap. Tholoſ. dec. 360.Couar.pract.queſt.c.8.nu.3.Caballin.de euict.§.3. q. 2. num.119.vbi diſputat ad partes,& hanc ſententiam defendit.

24 Et

Digitized by Google

24 Et iſte clericus vēditor tenetur ſequi forum emptoris, hoc eſt, iudicis ſecularis, & non Eccleſiaſtici, quia eſt tanquam merus, & neceſſarius defenſor emptoris, vti dixit Bal. in d. l. venditor, ff. de iudic. & ibi Alber. idem Alber. in l. 2. C. vbi rem act. & ſcribit Gram at. d. deciſ. 21. nu. 4. & commune pronunciat Soc. ſen. d. conſ. 91. n. 13. & ſeq. lib. 3. Abb. in c. fin. vt lit. non conteſt. Aret. ipſe, qui pro contraria parte citatur, in rub. Inſtit. de except. num. 20. hoc ſentit; & ibi multa inculcat in materia iſta. proſequitur, Natt. conſ. 99. num. 7. lib. 1. & communem eſſe affirmat Rim. iun. conſ. 422. num. 1. & ſeq. lib. 4. & comprobat latè Hondad. conſ. 25. nu. 14. lib. 1. & voluit Marant. in pract.
25 par. 6. membr. 10. Alex. de Neuo conſil. 55. per tot. † Et hoc in caſu non eſt remittendus ad iudicem Eccleſiaſticum, quia ex eius perſona non variatur forus, & ſuum priuilegium non debet actori nocere, ita vt derelicto iudicio inchoato, trahatur ad Eccleſiaſticum iudicem, huius opinionis fuit Anch. in. c. ſignificaſti nu. 25. de for. compet. & in c. ea, quæ. q. 17. num. 21. de reg. iur. in 6. ſequu-
26 tus à Surd. conſ. 396. nu. 34. lib. 3. † Caballin. vbi ſupra, nu. 22. ſubdit poſt Bal. Alex. & alios, quod ſi iudex Eccleſiaſticus inhiberet iudici ſeculari, ne in cauſa procederet, ſed clericum ad ſe remitteret, de huiuſmodi inhibitione curandum non eſſe; cum eo caſu iudex Eccleſiaſticus iuriſdictionem non habeat, prout Caballin. refert, & ſequitur Hondad. d. conſ. 25. nu. 15. lib. 1.

27 Et ſolum poſſet clericus veniens ad iudicium declinatoriam fori obijcere, quando principaliter pro ſuo intereſſe veniret, & in eo ſubſtantiaretur iudicium, ita Anch. in d. c. ea, quæ. 17. q. in fin. de reg. iur. in 6. Barbat. Caſtren. & alii, quos refert Rim. iun. d. conſ. 422. nu. 6. ſequutus ab Hondad. d. conſ. 25. nu. 16.

Digitized by Google

28 Vti ſi conueniretur laicus, qui nomine clerici poſſideret, ſi enim nominaret clericum in iudicio, vtique poſſet clericus aduocare iudicium coram Eccleſiaſtico iudice, ſicut docuerunt Bar.& Bal.in d.l.venditor.ff.de iudic.Panor. vbi alij, poſt gloſ. in c. quoniam frequenter. §. fin. num. 28. ibique apoſt. vt lit. non conteſt. & in c. fin. nu. 8. vbi pariter apoſt. de emp.& vendit.& volunt omnes, quos citauimus pro contraria ſententia, & præcipuè Marian.in d.c. quoniam frequenter.q.4.num.118.vbi latiſs. & dicit hoc verum in clerico habente ius in re, ſecus ſi eſſet inquilinus, colonus, vel commodatarius,& ita intelligendi ſunt Scribentes,quando dicunt,clericum qui venit ad iudicium,poſſe declinare forum,ita Spec.in tit.de prim. & 2. decret. §. reſtat videre. Anch.in d. c.ea, quæ. q. 17. proſequitur Surd. d. conſ. 396. nu.35.& 37.lib.3.& reſpondit Alex.de Neuo.d.conſ.55.

29 Secus vero eſt in venditore, qui non venit principaliter ad iudicium pro ſuo intereſſe, ſed acceſſoriè tantum aſſiſtit defenſioni emptoris, vt rectè cauſa agatur, & iudicium ſubſtantiatur in emptore, & non in venditore; nam hoc in caſu non poteſt venditor exceptiones priuilegiatus ex ſua perſona allegare.Bal.& Salic.in l.1.C.vbi in rem. act. Bal.in d. l.venditor.Natt.de communi atteſtans d.conſ.99 nu.8.lib. 1.& ita diſtinguendo declarant Imol. in l.non ſolum. §. quod vulgo. ff. de vſucap. & Ang. vbi Anch.in d.c.ea, quæ.de reg. iur.in 6.Cagno.in d.l.venditor nu.8.& ſeq.ff.de iudic.Dec.d. conſ.700.num.7.Rim. iun.d.conſ.422.nu.14.lib.4.Caballin.de euict.§.3.q.2.nu. 118.& 20 & firmat Hondad.d.conſ. 25. nu.16.lib.1.

30 Quæ omnia tanto fortius procederent, ſi clericus venditor veniat ad iudicium poſt iudicium cœptum contra laicum emptorem, nam tunc res videtur clariſſima, quod cle-

Digitized by Google

clericus nec poſſit forum declinare, nec vti exceptionib. ex ſua perſona, ita Aret.d.rub.Inſtit. de except. num. 20. verſ.tu ſic dicas.Dec.d.conſil. 700. nu. 9. Citati ab Hondad.d.conſil. 25.nu. 17.lib. 1.

31 Eo quia venditor veniens ad iudicium pro defenſione emptoris non poteſt reddere conditionem actoris deteriorem nec ex perſona propria exceptionib. vti, ſed admitti debet in ſtatu, & terminis, in quib. cauſa reperitur, & excluditur ab illis omnibus, à quibus excluditur emptor, ita Hondad.d.conſ.25.nu.17.lib.1. Et ſi clericus velit liti aſsiſtere; vt emptorem defendat, qui feit conuentus, efficitur actor, & propterea debet coram laico iudice proponere ſuas exceptiones, alias conditio aduerſari; fieret deterior ob perſonam clerici defenſoris, contra tex.l.3.§.defendi.ff.ex quib.cauſ.in poſſeſſ.eat. Anch. in locis citatis, & concludit Surd. d. conſ.396.nu.35.lib.3.

32 Nec in caſu iſto dicitur, quod clericus coram laico iudice litiget, & de eius foro efficiatur, quia lis verè tractatur contra laicum emptorem, & ſententia fertur, fitque contra eum executio, ſecundum Couar.d.c.8.ſub num 3. pract. quæſt.

33 Benè verum eſt, ſi clericus conueniretur, vt condemnaretur pro euictione, tunc remittitur ad Eccleſiaſticum iudicem, & datur contra eum libellus, quia dicitur principaliter conueniri; Et ſemper quando principaliter conuenitur, remittitur ad ſuum iudicem, vt per Anch locis ſuperius citatis, Ang.in l.non ſolum.§.quod vulgo. ff. de vſucap.& firmat Surd.d.conſil.396.nu. 37.lib.3.

34 Ita & pariter ſi clericus veniat ad iudicium coram ſeculari iudice, ad impediendam executionem ſententiæ latæ contra tertium, debet cenſeri actor, quia non inuitus trahi-

trahitur ad iudicium,ſed ſe vltro offert, vt impediat, l. inter ſtipulationes. §. ſi Titium, ff. de verbor. oblig. & cum veniat ex tranſuerſo ad cauſam pro ſui intereſse non poteſt declinare forum, & petere remiſſionem ad ſuum iudicem, ſed ſub eodem debet litem proſequi, coram quo ſe opponit, d. l. venditor, ff. de iudic.

Et quamquam contra executionem ſe opponat, non dicitur ob id cum Clerico facta iudicij inſtantia, poſtquam poſt rem iudicatam ſe opponit, & videtur potius iſta contradictio quidam actus extraiudicialis, quam iudicialis, in figura iudicij explicandus, & non poteſt priorem cauſam cum tertio iam deciſam tangere, ſed pro ſuo intereſſe tantum executioni ſe opponere poteſt Clericus, & in hoc non eſt iudicium, l. à Diuo Pio, §. ſi ſuper rebus, ff. de iudic.

Et cum hoc in caſu Clericus dicatur actor, cum vltro contra executionem ſe opponat, conſequenter coram iudice ſeculari, coram quo fuit cauſa, & petita executio contra laicum, litigare debet, cap. cum ſit generale, & c. ſi Clericus laicum, de for. compet. & l. iuris ordinem, ff. de iur. om. iudic.

Et ſi contrarium diceretur, ſequeretur abſurdum, quod ſi plures diuerſi fori ſe opponerent quilibet pro ſuo ſingulari intereſse, oporteret, vt qui ſententiæ obtentæ executionem peteret, coram ſingulis iudicibus ſe defenderet, quod eſset contra diſpoſitionem, l. nulli, C. de iudic. & contra iura volentia cauſam plurium etiam communem principaliter, ad eundem iudicem remitti, l. 1. ff. de quibus rebus ad eund. iud. eat. cap. diſpendia, de reſcript. in 6. ita in puncto reſpondit Anch. conſ. 333. dub. 1.

35 Rurſus quam ſæpe occurrit, quod Clericus coram iudice laico iudicialiter agit in cauſa merè ciuili contra laicum,

cum, qui laicus,cum & ipſe prætendat qualem qualem actionem pariter merè ciuilem contra Clericum habere, illum coram eodemmet ſeculari iudice reconuenit. Non mediocris dubitatio inter Scribentes fuit, nunquid reconueniri poſſit?& Abb in c. at ſi Clerici, numero 21. cum ſeq. de iudic. latè examinat quæſtionem iſtam,& tandem num. 23.concludit,quod reconueniri non poſſit, multa conſiderando,quæ,cum ibi apertè legantur, nolui tranſcribere. Sed in contrarium eſt communis Doctorum ſententia,quod imò Clericus reconueniri poſſit, vti affirmarunt Dec.in d.c.at ſi Clerici,nume.165. de iudic. quo in loco latiſſimè articulum præfatum diſputat, & ita tenendum eſſe dicit Imo.in eod.c.num.5. Barbat.col.15. verſ. ſed ſtat dubitatio. Iacob. de S. Georg.de communi atteſtans,in l.qui non cogitur,in prin. ff. de iudic. & in l. 2.§.ſed & ſi agatur,eo.tit hoc idem voluit Spec.tit.de reconuent.§.nunc dicamus,verſ. ſed pone, Clericus, nu.7. Bart.& alij in Authent.Et conſequenter,C.de ſent.& interloc.om.iud.vbi Bal.n.19.& Caſtren.nu.5. Blanch. de compromiſſ.in 3.par.in ver.Clericus,ſub nu.32.qui,& ipſe teſta ur de communi Andr.Gaill.citatis alijs,obſer.Camer.lib.1.obſeru.37.nu.6.in 4.limit.Decian.tract. crim. lib.4.c.9.n.17.& conſulti reſponderunt Io.de Amic.con ſil.14.n.2.qui de communi,Hondad.conſ.21.nu.2.lib.1 Surd.conſ.396.nu.6.lib.3.& Bal.in l.2.§.ſed, & ſi agant, ff. de iudic. dicebat, quod hæc eſt prorogatio legalis, & magis communem pronunciat, & in foro ſeruari affirmat Marant.in Pract.par.4.diſt.6.princ.num.53. Farinacc.q. 8.num.99.tit.de inquiſit.& ſequitur Scacc.de iud. cauſ. ciuil.& crim.c.11.num.93.Cucc.inſtit.maio.lib.3.tit.9. ſub num.15.

36 Et procedit iſta concluſio,etiam ſi Clericus vellet deſi

ſtere

ſtere à conuentione, quia adhuc poſſet contra eum procedi in cauſa reconuentionis, ita deciſum teſtatur Afflict. deciſ. 173. in fi prout eum refert Scacc. vbi ſupra, nu. 93.

Quia circa reconuentionem militat ratio, quod venit in conſequentiam iudicij conuentionis liciti, & à iure permiſſi, & ratione connexitatis talis, quæ non poteſt ſeparari, & diuidi, cum vtrumque iudicium pari paſſu ambulare debeat, eodem tempore lis conteſtari, dari terminus, & alia expediri, quæ omnia coram diuerſis iudicibus fieri nequeunt, vti reſpondit Surd. dicto conſilio 396. numero 31. libro 3. Et ideo Clericus actor reconuentus coram iudice non ſuo, exceptionem fori declinatoriam opponere nõ valet, l. Papinianus, C. de ſent. & inter. om. iud. Bart. in dict. Authent. & conſequenter, numero 3. & cæteri ibi eum ſequuntur, vt dicit Hondad. dicto conſ. 21. nu. 3. lib. 1.

37 In hoc autem articulo propter varias, & contrarias auctoritates Doctorum ſtandum erit conſuetudini, ſecundum Panor. in d. c. at ſi Clerici, n. 24. de iudic. Socc. conſ. 253. n. 11. lib. 2. Affl. d. dec. 173. Io. Roge. mota. in repet. l. 1. n. 65. ff. de iudic. & non diſſentit Scac. d. nu. 93.

38 Sed ſciendum velim, quod reconuentio debet fieri incontinenti, in ipſo litis exordio, Clem. ſæpè, de ver. ſig. d. Authen. & conſequenter, C. de ſent. & inter om. iud. ſcilicet, ante litis cõteſtationẽ, vel in ipſa cõteſtatione, vel ſaltem ſecundum opinionem aliquorum, etiam poſt litẽ cõteſtatã incontinenti. Innoc. in c. 1. de mut. petit. vbi Soc. col. fi. verſ. arbitror tamẽ. Et tũc nõ ſolũ põt fieri corã iudice, alias incompetenti, reſpectu cauſæ reconuentionis, & habet effectum prorogatinum iuriſdictionis, ſed etiam cauſæ conuentionis, & reconuentionis ſunt ſimul tractandæ, ac decidendæ, vt affirmauit Ino. & cæteri omnes in d.

cap.

cap.1.de mut.petit.Dec.conſ.200.num.3.Mazol.conſil. 89.nu.94 Lancell.de attent.p.3.c.24.q.14.in princ. nu. 10.Sed quando reconuentio fit poſt litem conteſtatam ex interuallo,non admittitur ſecundum ſententiam Abb. & aliorum in d.c.1. quorum opinio communiter approbatur,teſte Fel.d.c.1.n 10.Anch. Regien.in famil. q.lib. 3.q.42.n.47.Marant in pract.p.4.diſt.6.n.25.

39 Et quamquam dixerimus reconuentionem admitti aliquando in quacumq; parte iudicij,id procedit,quando fit coram iudice competenti,quo caſu admittitur reconuentio,ſed cauſæ ſimul non tractantur,nec deciduntur,&per reconuentionem non retardatur proceſſus cauſæ principalis.Sed quando fit coram iudice,reſpectu cauſæ reconuentionis,incompetenti, & poſt litem conteſtatam ex interuallo,non habet priuilegium prorogatiuum iuriſdictionis,nec modo aliquo admittitur, parte opponente,& contradicente, ſecus ſi non contradiceret reconuentioni , & ei conſentiret,ita declarauit Hondad.alijs citatis,d.conſil.21.nu.10.& ſeq.lib.1.

40 Quæ reconuentio non eſſet recipienda per iudicem appellationis,quia in cauſa appellationis iudicialiter interpoſitæ,non habet locum reconuentio,l.2.§.legatis, ff.de iudic.Bald.in d.Authent.& conſequenter,nu.12.C.de ſent.& inter.om.iud.Spec.tit.de reconuent.§.nunc dicamus,numero 6.Innocen.dict.cap 1. de mut. petit. & ibi Hoſtienſ.num.10.Guid.Pap.in tract de appell.quæſt 85. num.55.Ferat.in ſimil.tract.num.246.latè Marian. Soc. in d.cap.1.numero 9.de mut.petit.Bartol. Soc.reg.tract. reg.410.fallent.5.Marant.qui de communi,d.4.p.diſt.6. num.24.

41 Concluſioque iſta procedit,etiam ſi ab interlocutoria fuiſſet appellatum poſt litem conteſtatam,Soc.d.c.1.n.5.

&

& Bartol.d.reg.412.in 5.fallen.& firmat Hondad.d.conſil.21.num.15.lib.1.

Nam quando ab interlocutoria appellatur ante litem conteſtatam, ſi iudex appellationis declaret benè appellatum, quia tunc cauſa remanet coram iudice appellationis, qui ſuccedit in locum primi iudicis, ſicut coram ipſo, reconuentio fieri potuiſſet, pariter admittitur coram iudice appellationis, ita Io.And. Ant. de Butr. & Abb.d.c.1. de mut.petit.

42 Et vt finem imponamus huic reconuentionis articulo, quamquam coram delegato reconuentio locum habeat, vti dixit Bal.in d.Authen.& conſequenter,n. 11.vbi Bar. col.pen. verſ.quæro, vtrum, Spec.d.tit. de reconuent. §.1. verſ.1.Marant.in pract.d.4.par.diſt.6.prin.de iudic. conuent.& reconuent.num.13.19.& ſeq. ibiq; Foller. in addit.num.14.Mazol.d.conſ.89.num.93.

Tamen cauendum erit, quod prædicta procederent in delegato impetrato ab ipſo actore reconuento, ea ratione quia non debet dedignari etiam habere iudicem contra ſe, quem pro ſe elegit, de qua in l.Papinianus, C. de ſent.& int. om. iud. Et non quando iudex impetratus fuiſſet non ab actore, ſed à reo, qui reconuentione vtitur, & ceſſat dicta ratio, & reconuentio non admittitur, vt fuit de mente omnium ſuperius allegatorum. Et in tantum verum eſt nō admitti reconuentionem coram delegato non impetrato ab actore, quod ſi Princeps motu proprio, iudicem deputaret, coram eo nec etiam reconuentioni eſſet locus, ſi Iaſ. credendum erit in l.3.in prin. col. fi. ff. quod quiſque iur. proſequitur Marant.d.6.diſt.n.13.& comprobat Hondad. d.conſ.21.num.16.lib.1.& ſenſiſſe videtur Surd. d.conſ. 396.num.32.lib.3.

43 Sed quid dicendum de Clerico in ſacris conſtituto, &

laici hęrede?an poſſit ad iudicium fori ſecularis vocari,ratione illius hæreditatis, quemadmodum potuiſſet laicus ille,cui ſucceſſit? quam quæſtionem pleniſſimè pertractat Couar.d.c.8.pract.quæſt.vbi affirmat,quod lite cępta cõtra laicum apud ſecularem iudicem,eaq;pendente,ſi mori contigerit laicus, Clerico hærede inſtituto, iudex laicus ad definitionem vſq; etiam contra Clericum cauſam iſtã tractabit,per doctrinam Imo.in l.ſi cum hominem,ff.de fideiuſſo.Iaſ.in Authe.quas actiones,n.39.C.de Sacr.Eccl. Caſtren.Alex.Rom.& ibi Curt.iun.in addit.in l.ſi conſtãte,§.vlt.ff.ſol.matr.Ang.& Caſtren. in l. hæres abſens, in prin.ff.de iud.& in l. ſi quis poſtea,ff.eo.tit.& in l.3. C.de hæred.act.hoc idem tenuit Barbat.in c.quia V,n.45.de iudic.Aufrer.in Clem.1.reg.2.fallent.6.de off.Ordin. And. Gaill.obſeruat.camer.lib.1.obſeru.37.n.8.& 10.Farinac. d.q.6.n.46.verſ.amplia,17.Scacc.de iud.cauſ.ciuil.& crimin.c.11.nu.23.Ad quod multum confert,quod tractatur in l.2.§.ex his,ff.de ver.oblig.in l.vbi cęptum,ff.de iudic. in c.propoſuiſti,de for.comp.& notata ab Ang.in l. tam ex contractib.ff.de iud.quam ſententiam comprobare nititur Couar.ibid.nu.3.in fin.

44 Nam & ſi fiſcus non teneatur litem proſequi in foro in quo erat cępta, eo quia habet iudicem ſuum particularem, ſicuti notant Bal.& Salic.in l.1. C. ſi pend.appellat. mors inter.non per hoc idem iuris erit in Eccleſia,& Clerico,cum argumentatio à fiſco ad Eccleſiam non ſit neceſſaria & dicta per Bar.& Salic.procederent,ſi Clericus haberet ex priuilegio Papæ iudicem particularem, ſicut habet fiſcus.

45 Nihilominus contraria opinio mihi magis placet,quod Clericus hæres laici non teneatur coram iudice ſeculari proſequi litem iam cęptã cõtra laicũ,cui ſucceſſit,ſed denuo

nuo erit ſuper eadem re, vel actione coram Eccleſiaſtico Clericus conueniendus, cum ſit exemptus à iuriſdictione laicali, per ea, quæ ſupra adduximus, & iure proprio litem ipſam ſuſcipit, ac defendit, & principaliter comparet pro ſuo intereſſe, & in ipſo Clerico ſubſtātiatur iudicium, qua de re cauſam aduocare poſſe ad Eccleſiaſticum ex iam dictis colligitur, & hanc opinionem in ſpecie ſequuti ſunt Ant.de Butr.Imo.Abb.& Felin.in d. c. quia V.de iudic.& concludit Rot.Rom.deciſ.552.in antiq.alias in tit.de for. compet.Iacob.de S.Georg.in d.l.hæres abſens, in prin. ff. de iudic.vbi atteſtatur ſecundum hanc ſententiam vidiſſe iudicari, & Curt.iun.& Lancell.Dec.pariter hanc partem tuentur in ead.l.& ab ea in practica non recedendum dicunt Dec.& Aret.in d.c.quia, V.de iudic.Cagno.in l.2. n.175.C.de pact.int.emp.& vendit.

46 Et certè ſi velimus, quod iſte Clericus teneatur litem proſequi coram laico, eſſet contra tex.c.tuam, cum ſua gl. de ord.cog.in quo ſancitur, nec principaliter, nec incidēter iudicem ſecularem poſſe de cauſis Clericorū cognoſcere, cū iudicētur ſpirituales reſpectu perſonæ Clerici, ita firmarunt Ant.de Butr.& Abb.in c.at ſi Clerici, de iudic.

47 Et ſequeretur inconueniens, quod ſequuta ſñia cōdemnatoria contra Clericum hæredem laici, iſta ſñia ſeruiret de vēto, poſtquā exequi nō poſſet, niſi per iudicem Eccleſiaſticū, qui cum non ſubiaceat eidem Principi, cui ſubeſt laicus iudex, non teneretur d.ſententiam exequi, Doct.& præcipue Bar.in l.extra territorium, ff.de iuriſd.om.iud.& firmat Guid.Pap.ſing.935.

48 Et ſicut ſi lis inchoata nō eſſet, dubio procul Clericus hęres laici eſſet cōueniēdus coram Eccleſiaſtico, vti concedūt omnes, & Couar.ipſe in d.c.8.n.5.neſcio videre, quomodo per inchoationem cauſæ Clericus priuilegio fori

ſit priuandus,ex quo Oldr.conſ.4.reſpondit,quod præuentio iuriſdictionis facta à laico iudico non facit,quod priuilegium fori Clerico tollatur, nec refert, quod iudicium in vita laici fuerit cæptum coram ſeculari, & propterea regulariter ibi debeat finiri,l.cæptum,ff.de iudic.c.propoſuiſti,de for.compet. cum ſimilib.

49 Nam prædicta habent locum quando controuerſia coram primo iudice ſuum poſſet habere finem, ſed in caſu noſtro non terminabitur cauſa, vti diximus, ideo non obſtante,quod lis fuerit cæpta,erit iterum inchoanda coram Eccleſiaſtico,ſic Abb.in c.poſtulaſti,de homic.prout eum refert Corſett.ſing.144.ver.iudicium,nu.2. Ac etiam d.l. cæptum,non procedit, quando agitur de præiudicio alterius iuriſdictionis,ſicuti in facto iſto,in quo iuriſdictio Eccleſiaſtica violatur:hoc me docuit Bal.in c.imperialem,§. propterea de proh.alien.feud.per Feder.vbi dixit quod,l. cæptum,non habet locum,quotieſcumq; agitur de præiudicio alterius iuriſdictionis,&exemplificat in vaſſallo,qui ſi litem ageret ſuper feudo,& non recurreret ad Dominũ feudi,ſed iret ad alium, poſſet Dominus feudi mandare ſub pęna,quod amplius coram illo non litigaret,& ad hoc citat Io.Monach.in c.accuſatus,de hæret. in 6. proſequitur Corſet.d.ſing.144.nu.2.& diximus ſupra c.16.n.10. quod ſi Clericus conueniretur pro quacumq; cauſa corã Iudice laico, Prælatus ſuus vtiq; poſſet, etiam eo inuito, abſtrahere à iudicio ſeculari,ſicut ſentit Innoc.in c. vt famæ,ſub nu.21.de ſent.excom. Vnde concludendum erit, quod in omni caſu Clericus,qui laico ſucceſſit, coram Eccleſiaſtico debeat conueniri,etſi Surd. conſ.222. per tot. lib.2.contrarium defendat, qui cum ſuam opinionem firmet in d. l. cęptum, ideo eius dictis non obſtantibus quę diximus tenenda erunt.

Oritur

50 Oritur dubium non leuè, nunquid clericus, qui coram ſeculari iudice pro laico fideiuſſit de ſtando iuri,& iudicatũ ſoluendo, poſſit conueniri coram eodem iudice,coram quo vti fideiuſſor,acceſſit,& videtur dicendũ,quod poſſit, quia nõ conuenitur vigore ſñiæ,quæ eum non condẽnat, ſed vigore legis,quæ vult, quod contra fideiuſſorem iudicatum ſolui exequatur ſñia lata contra principipalẽ Bar. in rub.ff.iudic.ſolui Cyn.Salic.& alij in l. fin. C. de vſu. rei iud.& cũ iſta executio veniat acceſſoriè, & nõ principaliter,non attendendum quod fit in conſequentiam. l. ſi ſpõſus.§.ſi donationis.ff.de donat.int.vir.& vxor.l.1.ff. de auct. tut. & quod non licet principaliter, quam ſæpè licet in cõſequentiam,per tex.l.interdum,§.qui furẽ.ff. de furt. iuncta.l.ſolemus.ff.de iudic.c.cum ſit generale. de for.cõpet.cum ibi notatis. Vnde huiuſmodi executio contra clericum fideiuſſorem venit in conſequentiam acceſſoriè, & non principaliter, quo caſu etiã res ſpiritualis accedit rei temporali,vt in ſimili ſingulariter dicit Bal. in c.diſpẽdia. de reſcript.in 6.& aſſentit Gramat.deciſ.21.nu.5.& 6.Et clericus fideiubendo ſoluere iudicatũ, videtur ſe obligare intuitu illius iudicii, ergo ſub eodem iudice tenetur defendere,vt voluit Marian.Soc.in c.1.nu.45.in 21.fallent. de for.compet.Blanch.de compromiſſ.q.3.prin. circa fin. Eo quia contra iſtum clericum fideiuſſorem de iudicatum ſoluendo, agitur executiuè, vigore ſententię latę contra principalẽ,nec eſt opus nouo proceſſu. Bar.& alii in d.l.1. ff.iudic.ſolui.Et ſi pręd.multũ vrgere videatur,tamẽ contrarium in terminis quęſtionis noſtræ, quod clericus pro laico fideiubens iudicatum ſolui,ſit remittendus ad ſuum iudicem Eccleſiaſticum,nec poſſit conueniri coram laico, nec contra eum exequi ſñia contra,laicum lata eſt deciſio Dyn.in.l.2.ff.ſi quis in ius voca.non ier.ſequutu. ab An-

char.in d.c.ea quæ, nu.27.de reg.iur.in 6.& habemus notabilẽ deciſionem Bal.ad Spec.in tit.de compet. iudic. in aditio. vbi affirmauit, quod fideiuſſor iudicii, ſicut etiam fideiuſſor contractus meretur ſuum iudicem,& licet aliud videatur in fideiuſſore iudicatũ ſolui.vt in l.1. in fi. C.de execut.rei iudic vbi ſancitur,quod ſententia lata contra principalem,contra præfatum fideiuſſorem exequatur,tamen credit Bal.quod intelligatur, quando principalis, & fideiuſſor ſunt eiuſdem fori,vel quando fideiuſſor talis eſt, qui poſſit prorogare iuriſdictionem, at in clerico aliud eſt, cum ſit diuerſi fori, & non poſſit conſentire in iudicem non ſuum,cum hac ſententia tranſit,Soc.d. c.1. num 45. de for.comp.vbi poſt Anchar. ſcribit procedere non ſolũ, ſi fideiuſſerit pro laico,ſed etiam pro clerico, ſed coram non ſuo iudice,quod ſatis mirabile dicit;hoc quoque probauit Marſil.in rub.ff.de fideiuſſ. nu.311.

51 Corroborantur prædicta, quia ratione contractus fideiuſſor non obligatur foro ſui principalis, hinc videmus, quod qui pro Clerico fideiusſit,poteſt,& debet coram laico iudice conueniri,non autem coram iudice clerici principalis;ſic mandauit Spec.tit.de compet.iudic.§.1.nu.26. verſ.ſed pone clericus,& Bal.in addit.idem Bal. in l.1.C. de priuil.dot.Roman.ſing 633.vbi dicit ita conſuluiſſe,& mirari,quod de hoc ſit quæſtio, ſtante regula, quod exceptio perſonalis competens principali non proſit fideiuſſori, & in ſpecie non competit fideiuſſori declinatoria fori. Cagno.in l.venditor nu.10.ff.de iudic.& ita tenere Doct. communiter atteſtatur,Soc.in d.c.1.nu.22. de for.comp. Afflict.dec.206.& ſentit Marſ. in d.rub.ff. de fideiuſſ. nu. 311.Quare igitur volumus,quod clericus fideiuſſor obligetur foro laici principalis?

52 Et ad propoſitum declarat Anch.d.c.ea quæ, nu.27.q. 21.in

21. in fine. vbi dicit eſſe notandum, quod fideiuſſio facta per clericum in iudicio, coram non ſuo iudice non valet, & eſt nulla, quia cum clericus prohibeatur eſſe in iudicio coram laico, vti ſatis demonſtrauimus, prohibito principali, cenſetur etiam prohibitum acceſſorium, c. acceſſit. de reg. iur. in 6. cumque fideiuſſio de iudicatum ſoluendo ſit pars iudicii, ſublato toto iudicio quoad clericum, cenſetur etiam annullata pars. ita in terminis, & puncto huiuſce quæſtionis reſpondit Surd. conſ. 396. per tot. & præcipuè num. 13. vſque ad 25. lib. 3. vbi ſcribit, quod non obſtat, quod executio videatur potius facta à lege, ab homine, & quod veniat in conſequentiam, quia imò venit ab homine ideſt a clerico, qui fideiuſſit, & ſine qua fideiuſſione non conueniretur, & cum fideiuſſio ſit primordialis cauſa, ea eſt attendenda, & ab ea iudicari debet executio, non neceſſaria, ſed voluntaria, quia à primordio tituli poſterior formatur euentus, l. 1. circa fin. C. de imponen. lucrat. deſcrip. lib. 10. & originalem cauſam eſſe attendendam probat, l. etiam, §. 1. ff. de petit. hęred. l. ſi hæres, ff. de act. emp. & non dicitur neceſſarium, quod in contractu initium ſumit, licet poſtea neceſſarium dicatur, l. ſi fideiuſſor, §. 1. ff. qui ſatiſd. cog. l. ſi mulier. in prin. ff. quod met. cauſ. latiſs. Aym. in reſponſo pro genero nu. 44. 95. & 486. & comprobat Oſaſ. deciſ. Pedem. 167. per tot.

53 Inſurgit alia dubitatio de clerico, qui coram laico iudice recepit depoſitum, & promiſit reſtituere cui de iure, an poſſit ab eodem laico iudice cogi ad reſtituẽdum? Bal. in l. acceptum; nu. 4. C. de vſur. tradit, quod clericus depoſitarius cogitur officio iudicis ſecularis reſtituere depoſitum, quia proceditur contra eum, non per modum iudicii, ſed executiuè, ratione ſuſcepti officii, quem ibi ſequitur Salicet. hoc idem affirmauit Bal. in l. ſi fideiuſſor.

§.ſi ſatiſdatum,n.4.ff.qui ſatiſ.cog.Afflict.deciſ.24.nu.3. vbi Vrſill.Aufrer.in addit.Tholoſ.deciſ.168. & in Clem. 1.in 14.fallēt.2.reg.de off.ordin. Bened.in c. Raynutius, in ver.vxorem,nomine Adelaſiam in 2.deciſ. n.127.de teſtam.qui dicit,ita communiter ſeruari in Gallia.Maran. in pract.par.4.diſt.11.n.62.Blanch.de compromiſſ.d.q.3. prin.nu. 32.circa fin.Tiraq. de retract.conuent.§.4.gloſſ. 7.n.9.Rebuf.in conſtit.Regni tom.1.art.5.glo.9.nu.3.Iaſ. poſt Bal.in l.ſi fideiuſſor,§.fin.n.6.ff.qui ſatiſd.cog.Scac. d.c.11.nu.96.Farin.d q.8.nu.123.verſ.limita vndecimo. Ex quibus apparet,quod multi quidem Doctores iuris ciuilis tenent opinionem iſtam, quod Clericus à iudice laico diſtringi poſſit. Quæ tamen numquam placuit Surd. d. conſ.390.nu.33. lib.3. qui ait, nullum ex tot Canoniſtis inueniſſe,qui illam ſequatur, & ad comprobandam prædictam opinionem allegantur iura ciuilia, non Canonica, vt tex.l.fin.§.penult.ff.de bon.aut.iud.poſſid.& l.acceptũ, ff.de vſur.quæ non obligant clericos, & ſunt nunc correcta;vt in Authen.ſtatuimus,C.de Epiſ.& cler. & in c.2. & 3.de for.comp.Cagno.in l.nemo,qui condemnare, in fin. ff.de reg.iur. Decian.tract.crim. c.9.nu.9. lib.4.Et neque principaliter, neque incidenter clericus poteſt ſubiici iuriſdictioni laicali,vt poſt Abb.& alios confirmat Dec.conſil.241.in 1.dub. & laicus ſemper eſt incapax iuriſdictionis reſpectu clerici, ſecundum Io. Monac.in c. 2.de præb. Abb.& Felin.in cap. cauſam, de præſcript. Decian. tract. crimin. cap.9. num.14. & 15. lib. 4. Tiraquel. de retract. conuent.§.4. gloſſ.7.num. 10.qui multum dubitat de veritate huiuſce deciſionis, de qua penitus dubitat Surdus, vbi proximè,ſed conſtanter tenet eſſe falſam,inſpecto iure canonico.

54 Pari ratione eſſet decidenda quæſtio illa de clerico gerente

rente officia ſecularia, qui poſſet conueniri coram ſeculari pro concernentibus illud officium. c. Sacerdotibus. ne Cler. vel Monac.vbi laicus punit ciuiliter clericum delinquentem in adminiſtratione officij ſecularis ſibi demandati,& latè comprobat Bened. in repet. dicti c. Raynutius.in ver.Vxorem nomine Adelaſiam.in dec.2.num. 155.cum ſeq.de teſtam.Quod etiam procedit non ſolum, quando gerit clericus officium publicum, ſed etiam quãdo priuatum exercet officium, ſcilicet, ſi eſſet executor, vt per Spec. tit.de inſtr.edit.§.nunc aliqua.Io.Andr.in c. Ioannes.de teſtam.Soc.in d.c.1.nu.52.de for.compet.vbi nu.ſeq.dicit,idem eſſe ſi conueniretur, vti tutor,curator, vel procurator alicuius, proſequitur Bened. d. deciſ.2. nu. 128. & ſeq. qui allegando alios,ſubdit ita ſeruari,dicens,quod ſpectat ad laicum,tutorem dare clerico,quod pariter ponit Marant. in d.diſt.11.nu.64.& Addentes ad eum ibi.Gaill.d.obſeruat. 37.in 6.fallent. Vrſill.a d Afflict. dec. 24.num.4.

Sed prædicta vera non ſunt, & ſoli doctores Galli hæc atteſtati ſunt,ſemper allegantes conſuetudinẽ;quę tamen non valet in præiudicium clericalis priuilegij. gl.& Abb. in c.clerici. de iudic. qui dixerunt,quod talis conſuetudo eſt irrationabilis. Rot. Rom. dec. 839. in antiq. quę voluit hoc locum habere etiam in præſcriptione, & conſuetudine immemorabili, latè Roland.conſ.4.nu. 11.& ſeq. lib.1.& latiſſ.Decia.d.c.9.num.10.& ſeq.vltra quod in huiuſmodi conſuetudine introducenda ſemper vis aliqua interuenit, vel metus, de cuius conſuetudinis validitate diximus.cap.14.

Et ſemper clericus,& ſi conueniatur ex perſona laici, eſſet conueniendus coram Eccleſiaſtico, & propterea Scacci.d.c.11.nu. 99. non firmat,quod clericus pro cura-

ra

ra officij ſecularis poſſit conueniri coram laico per ea, quę dixit eodem.c.nu.23.

55 Et Clericus, qui adminiſtrauit bona Principis laici non poteſt ab eo carcerari pro ratione reddenda. gl. & Doct. in c.dilectis. de appellat. Bertach. de Epiſc. in prima par. 4. lib. nume. 6. dummodo non ſit in fuga, vel de fuga ſuſpectus.

56 Clericus vero vaſſallus tenetur ſubire iudicium coram Domino feudi, qnamuis ſeculari. c. verum.& c. ex tranſmiſſa vbi Doct.de foro compet.c.cæterum.de iudi.Andr. Gaill.obſeruat.Camer.lib.1.obſeruat. 37. nu.3.Marant. d. diſt. 11. n. 75.Bened.in d.repetit.c.Rainutius.d.deciſ. 2.num. 167.vbi ait, quod poteſt clericus feudo priuari ob felloniam, vel aliam culpam commiſſam circa feudum, & ſubdit ex inueterata Galliæ conſuetudine poſſe clericum vaſſallum puniri pro omnibus delictis, quæ feudum reſpiciunt, licet non pro communib. Nam quando agitur de feudo, ceſſat beneficium fori, & conuenitur coram laico Domino, vel paribus Curiæ, ita Soci.reg.tract.reg. 56.fallent.2.Afflict.de feud.femin.§.fi.num.6.Gaill.de pac. publi. l. 1.c. 8.ſub num.9 Napod.in conſuet.Regni. in procem. §. præfatis. num. 300.& ſeq.Dec.in d.c.cæterum. num. 20. de iudic. & hanc magis commnnem Canoniſtarum, & legiſtarum affirmat Clar.§.feudum.q.90. verſ. & hæc quidem concluſio. Et quod ita de conſuetudine ſeruatur, aſſerit Archid.in c.vnic. de cler. coniug. in 6.Guid.Pap.deciſ.139.nu.1.in fin.proſequitur Scacci.d. c.11.num.97.& Fari.d.q.8.nu.21.

57 Et occaſione feudi, quod habet à laico, ſubeſt laico, eique iuramentum fidelitatis præſtare tenetur, Panor.per eum tex. in cap. nimis. in princ. de iur. iurand. Bald. in prælud. feud. colum. fin. verſic. alia diuiſio feudi, aliud

Ec-

Digitized by Google

Eccleſiaſticum. Caſſane. in Catal. glor. mund. in 4. c. 28. conſiderat.

58 Et ratio prędictorum eſt, quia ratione feudi non dicitur iudicari, vt perſona Eccleſiaſtica, ſed vt Princeps, Dux, Comes, vel ſtatus Imperij, ita Bart. & cæteri in l. ſi quando. C. de appellat idem Bart. in l. 1. §. ſi quis, nu. 15. ff. eo. & hęc eſt communis ſententia, teſte Roma. conſil. 422. prout eum refert Scacci. d. num. 97. Iacob. de S. Georg. de feud. in ver. & dicti vaſſalli. Villalob. comm. opin. in ver. clericus, nu. 27. Menoch. de retinen. poſſeſſ. remed. 3. nu. 396. & ſeq. & nu. 409. & ſeq. vbi pulchrè totam hanc materiam tractat.

59 Aduertendum tamen erit, quod, & ſi clericus rõne feudi cogatur in his, quę reſpiciunt feudum, litigare coram Domino feudi, non poteſt nihilominus aſtringi, vel de aliquo delicto condemnari ab ipſo feudi Domino laico, ſecundum Abb. in c. verum. de iudic. & ibi dicunt Innocent. & alij pręcipuè Io. Andr. quod vbi ageretur de delicto ſiue ciuiliter, ſiue criminaliter, tunc ſolus Epiſcopus cognoſcit, Addent. ad Marant. in pract. par. 4. diſt. 11. num. 75. & comprobat Surd. d. conſ. 396. nu. 32. lib. 3. Villalob. com. opin. ver. clericus. nu. 74. Sigiſ. Scacci. d. c. 11. n. 97. Andr. Gaill. obſer. Cam. lib. 1. obſer. 37. nu. 3. & in ttract. de pac. public. c. 8. ſub nu. 9. lib. 1. Fari. d. q. 8. nu. 22. in fi. Milian. repet. in ver. feudi quęſtio, ſi eſt de iuriſdictione. Menoc. de retin. poſſeſſ. remed. 3. nu 402.

60 Ex quibus apparet, quam male ſenſerit Bened. in d. repet. c. Raynutius. dum aſſeruit clericum poſſe puniri per Dominum feudi ob felloniam, vel aliam culpam commiſſam circa feudum, & pro omnibus delictis reſpicientibus feudum.

61 Reſtat videre de ſolemni altercatione Scribentium,

Nun-

Nunquid in cauſa poſſeſſorij iudex laicus ſit competens, etiam ſi de re ſpirituali, & beneficiali tractetur? & magis communis videtur ſententia, quod poſſit, vti affirmant omnes, in c. fi. de iudic. Bal. in l. ſi de proprietate. colum. pen. verſ. quæro, nunquid poſſeſſorium. C. ſi à non compet. iudic. Card Zabar. in Clem. diſpendiosâ. col. 4. 3. oppoſit. 10. q. de iudic. Guid. Papæ dec. 1. primo dub. deciſ. 71. in princ. dec. 85. in princ. & deciſ. 207. per tot. Boer. dec. 69. num. 23. Grammat. dec. 78. per tot. Afflict. deciſ. 2. num. 10. & Franc. de Marc. q. 190. & q. 512. vbi teſtatur, Curiam illam ſic ſemper ſeruaſſe. Oſaſch. dec. Pedem. 116. num. 1. & in conſil. 54. in fi. Theuſaur. dec. pariter Pedem. 82. nu. 1. & ſeq. proſequitur Fari. d. q. 8. num. 23. Couar. pract. q. c. 35. in prin. Scacc. d. c. 11. nu. 95.

Verum cum Menoch. de recup. poſſeſſ. remed. 15. num. 210. vbi latiſſ. & benè hunc articulum diſcutit. & num. 212. aduertendum dicit, non ſatis ſolidis fundamentis tãtorum Patrum ſententiam niti, & rationes ab ipſis ponderatæ non mediocriter dubitabiles ſunt, & contrarium tenuerunt multi, quos citauit Menoch. ibidem num 220.

Vnde cum ipſo Menoch. de recup poſſ. d. remed 15. nu. 234. & clarius de retinen. poſſeſſ. remed. 3. nu. 324. quattuor ſunt conſtituendi caſus.

62 Primus, cum turbator laicus turbat clericum rei beneficiariæ poſſeſſorem. Quo in caſu iudex laicus competens erit contra illum turbatorem, ita Bero. conſil. 49. num. 12. lib. 3. & nulla ratione dicere poſſet turbator de incompetentia iudicis laici, cum ex ſua perſona, quæ illi ſubeſt, non poteſt incompetentiam allegare. Nec etiam ratione rei, quod ſit Eccleſiaſtica, quia eſt priuilegium clerici actoris, non proprium, & propterea non poteſt obijcere fori declinatoriam contra clericum, ne inducta

ad

ad fauorem Clerici in odium illius retorqueantur, l.quod fauore,C.de ll.& fuit de mente Soc.in c.ſanè, nnme.9.de for.compet.

Nec impedit hoc caſu iudicis ſecularis iuriſdictionem rei beneficiariæ qualitas, eo quia poſſeſſio hæc non dicitur ſpiritualis,vti eſt proprietas ipſa, ſed potius temporalis,eſt nuncupanda & in caſu iſto loquitur Guid.Papæ deciſ.1.cum quo ſentit Aufrer.tract.de pot.ſecul.ſup.perſo. Eccleſ.reg.2.fallent.24. Aym.conſ.258. col.1. & 2. Ferret.conſ.1.ad fi.& Oſaſch.d.deciſ.116.nu.1.

63 Sed dubitandi anſam præbet, cum de titulo ipſius poſſeſſoris cognoſcendum ſit vna cum poſſeſſione, vti citatis Imo.Bero.Couar.& ipſo Menoch.ſcribit Farin. d. q.8. num.23.verſ.ſublimita primo,Quapropter Menoch.dict. remed.3.retinen.poſſeſſ.n.328.ſtatuit,Aut de titulo principaliter,aut incidenter tantum tractatur,ſi principaliter, laicus non erit iudex,ex quo cauſa non merè temporalis, ſed mixta eſt cum ſpirituali,cuius incapax eſt laicus, & ita iuſtificatur opinio tenentium laicum non cognoſcere de poſſeſſorijs per titulum iuſtificandis. Si verò incidenter de titulo tractandum erit in iſto poſſeſſorio iudicio, tunc laicus iudex eſſe poteſt, hoc pacto eſt intelligendus Aufrer.dict.reg.2.fallent.24.& expreſſe firmauit Rip. lib. 2. reſponſ. cap. vlt. numero primo. Nauarr.in repet.cap. cum contingat,de reſcript. fol. 149. verſic. 4. ideo non obſtat.

Non enim ob id cauſa ſpiritualis redditur, quod de titulo incidenter cognoſcatur, principaliter vero de quaſi poſſeſſione,per doctrinam Bald.in Authent. ei, qui iurat, num.27.C.de bon.aut.iud.poſſiden.vbi dicit,quod quando ſufficit probare quaſi poſſeſſionem, cauſa non eſt ſpiritualis, & propterea de ea iudex laicus cognoſcit, &

iſto

iſto caſu ſufficit, vt de titulo fiat fides, & de eo tractatur ſummarie,& ſat eſt docere de titulo colorato, vti pluribus comprobat Menoch. dict. remed. 3. retinen.poſſeſſ.num. 333.& ſeq.

Quomodo autem principaliter, vel incidenter quid factum dicatur,declarat Bart.in l.ambitioſa,num.19.ff.de decret. ab ord.facien.vbi quod duobus modis, ſcilicet ſecũdũ ordinem naturæ,& ſecundum ordinem intellectus.

64 Ac etiam ſi de titulo euidenter cõſtaret,vt puta,ex conſeſſione aduerſarij,nam tunc non impeditur ſecularis iudex de cauſa cognoſcere,ità Spec.in tit. de reconuent. §. nunc dicamus,n.2.& apertius Bald.in l.1.in fi. C.de ſent. quæ ſin.cert.quant.vbi ait, laicum cognoſcere de cauſa ſpirituali,quando de ea ex partis confeſſione conſtat, idẽ Bal.in l.ſi Titia,ff.ſol.matr.in l.vbicumq;in 1.lect. ff de interrog.act.in l.quoties,n.4.C.de iud.& in l.non ignorat. in fi.C.qui accuſ.non poſſ.plur.compr.Menoch.d.remed. 3.num.338.

65 Aduertendum quoque erit,quod quotieſcumque titulus eſſet iuſtificandus,& non opponeretur de incompetẽtia iudicis laici, ceſſaret difficultas, quia poſſet cognoſcere. Aym.in puncto conſ.258.nu.4. Anch. conſ. 98. col.2. Roma.conſ.173.col.2.verſ.vlt.reperio.

66 Adnotandum quoque mandat Menoc. vbi ſup.n.343. quod quando iudex laicus incidenter cognoſcit de titulo,non habet ſuper eo principaliter pronunciare, ſed ſolum per modum cauſæ,ſcilicet,Condemno te, ne Petrum Clericum in ſua iuſta poſſeſſione turbes, per doctrinam Bald.in Authent.ad hoc,num.2.C.de latin. liber. tollen. quam ſequuti fuerunt Aret.Feli.& Nauar.locis relat. per Menoch.vbi proxime.

67 Secundus caſus à Menoc.poſitus eſt,cum laicus a Clerico

Digitized by Google

rico turbatur in illa quaſi poſſeſſione rei Eccleſiaſticæ, & tunc dicendum eſt,quod audiendus non ſit à iudice laico, quia Clericus turbatus non poteſt citari à ſeculari iudice,cui aliquo pacto non ſubiacet,vt demonſtratum fuit,& habemus regulam, quod actor ſequi debet forum Clerici rei conuenti,c.ſi quis contra Clericum, vbi omnes, de for.comp.

68 Ac etiam quia de non iure laicali turbati conſtat, cum certum ſit,laicum incapacem eſſe poſſeſſionis, vel quaſi, rei Eccleſiaſticæ,c.2.de iudic.c contingit,de arbit.c.lator. qui fil. ſint legit. & de rebus Eccleſię laicus diſponere non poteſt tam in temporalibus, quam in ſpiritualibus, cap.Eccleſiæ,S.Mariæ,vbi gloſ.in verb.laicus,de Conſtit. & firmat Menoch.dicto remed.3. num. 347. de retinend. poſſeſſ.

69 Tertius eſt caſus indubitabilis, quando vterq; ſcilicet, turbator, & turbatus eſt laicus, & tunc ſecularis iudex competens erit in cauſa poſſeſſoria.

Recte tamen inquit Menoch.vbi ſup.nu.348.faciet iudex laicus,ſi cognito neutrum ius in ea cauſa fouere, ex quo titulum habere nō poſſunt,ſi Eccleſiaſtico iudici hoc notificauerit,quod in vtilitatem Eccleſię reſultabit,ne indebite à laicis eius iura occupentur, & conuenit laico iudici Eccleſiam tueri.

70 Quartus quoque caſus conſideratur per Menoch. ſi ambo, turbator, & turbatus ſit Clericus, & contendunt de quaſi poſſeſſione rei Eccleſiaſticę, & in caſu iſto ſolus Eccleſiaſticus erit competens. Nam Clericus non poteſt trahi, neque citari coram ſeculari iudice, ſiue cauſa ſit petitoria,ſiue poſſeſſoria, capitulo qualiter, & capitulo vltim.de iudic conſuluit. Soccin. ſen. conſil.13. numero 12.lib 4.& Marian.in capitulo ſane, num.9. de for. compet.

pet. docuit, quod non ſolum inſpici debet locus rei ſitæ, ſed etiam qualitas ipſius aduerſarij,& ideo ſi conuenie ndus ſit Clericus ratione rei ſitæ,erit citandus coram iudice Eccleſiaſtico illius loci, vbi ſituata eſt res, & mutatur ſolummodo locus, non qualitas perſonæ, & attenditur locus rei ſitæ,vti acceſſoriè ad qualitatem perſonæ.

Et ſi perſona eſt exempta,ergo & res exempta erit,quę perſonæ accedit.arg.l.fin.ff.de cenſib.&faciunt tradita ab Innoc.in c.fi.de vit.& honeſt.Cler.& ab Archid.in c.1.de Cler.coniu.in 6.& comprobat Menoc.d.rem.3.nu.349.& ſeq.de retin.poſſ.vbi tripliciter hãc propoſitionẽ declarat.

71 Prædicta vero in remedijs retinendæ, & reintegrandæ facillimè procedere poſſent. ſed in remedio adipiſcendæ apud neminem ferè dubitatur, laicum iudicem inter Clericos ius dicere minimè poſſe, cum de poſſeſſione rei Eccleſiaſticę,ſeu ſpiritualis agitur,ſic Aym. conſ. 104. num. 17.Guid.Pap.d.deciſ.1.Didac.pract.quæſt.c.35. num.1. verſ.prima concluſio,& Bero.in rub.ext.de iudic.n.51. vbi ſcribit, quod omnes ita affirmant, & comprobat, citatis his,Menoch.de recup.poſſeſſ. remed.15. num.235.Natt. conſ.411.Afflict.in conſtit.Regni lib.1.rub.67.n.12. Hac ratione fulti. quia iudicium hoc adipiſcendę habet annexam proprietatis cauſam,quę ſpiritualis reputatur,& propterea à laico iudice tractari nequit,c.tuam.de ord.cogn. c.lator.qui fil.ſint legiti.

Ab hac tñ ſñia receſſit Igne.in l.neceſſarios,§.nõ alias, p.2.n.42.ff.ad Syllan.& Ant.Theſaur.deciſ.Pedem.82.n. 3.& 4.citatis alijs affirmat,imo in poſſeſſorio adipiſcendę iudicem laicum eſſe competentem,quamquam de cauſa Eccleſiaſtica,& beneficiaria agatur,& ſæpius apud eum in Pedemontano ſenatu ſeruatum fuiſſe teſtatur,& ita obſeruari ait in Regno Francię,Neapolis,& Luſitanię.

Prima

Prima tamẽ opinio ſeruãda vtiq; erit,quia Igne.reprobatur à Menoch. d. remed. 15.n.235.in fi.de recup. poſſ. & Vant.de nullit.tit.de nullit.ex defect.iuriſd.nũ.54.aſſerit, quod opinio Igne. falſa eſt,& Theſ.non attendendus, vti inquit Farin.d.q.8.nu.23.verſ.procedit autem,vbi dicit,quod in iudicando nũquam recederet à priori opinione,quando agitur inter duos Clericos,vel quãdo inter laicum actorem,& Clericum reũ,ſatis enim,& incõuincibiliter tunc vrget ratio ſuperius adducta,nec à propoſita ſententia remouendi ſumus per contrariam dictorum locorum obſeruantiam, quia talis conſuetudo eſt improbata à iure, vti declarat Couar.d c.35.in fin.practic.quæſt.

72 Bene verum eſt, quod ſi iudex Eccleſiaſticus eſſet negligens in adminiſtranda iuſtitia ipſi Clerico, poſſet Eccleſiaſtici iudicis negligentiam ſupplere laicus iudex. ita gloſ. in c. filij. in ver.Regi.16.q.7.Hoſt.in c. qualiter in prin.de iudic.& in ſum.titu.de for.compet.§.liquet etiam. verſ. ſed nunquid iudex ſecularis. proſequitur Menoch. de retin. poſſeſſ. remed. 3. num. 354. & ſeq.vbi reprobat Abb.& Marian. contrarium tenentes. Et ita non contrariantur iis,quę diximus ſuperius.c.17.n.30.Quod ſecularis Poteſtas non ſupplet negligentiam iudicis Eccleſiaſtici.Quia quæ ibi diximus procedunt in criminalib.cauſis, & modo affirmamus, quod ſupplet negligentiam Eccleſiaſtici in ciuilibus, poteſt etenim in realibus iudex, & Poteſtas ſecularis ſupplere negligẽtiam Eccleſiaſtici per tex. inſignem in c.filiis.16.q.7.in quo ſancitur, vt Epiſcopis, & Archiepiſcopis negligentib.punitionem eorum Rectorum,qui bonis Eccleſiaſticis abutuntur, poſſe Regem adiri,vt illi malo medeatur,nec d.tex.correctum legimus, vti voluere Abb.in.c.qualiter.num. 7. de iudic.& Soc.in c.ſi quis Clericus.nu.28.& c.ſanè.nu.10.de for.cõp.Quinimo

P Princi-

Principes ſeculares benè faciunt,ſi cogant oppreſſores bonorum Eccleſiarum,& pauperrimorum Clericorum à diſſipatione,& oppreſſione deſiſtere,ſi Eccleſiaſtici iudices, & inferiores Prælati hoc facere non curarent, donec à Sum. Pont. preſtetur debitum auxilium, ita Nauar. in. c. cum contingat. fol. 152. verſ. & quamuis. de reſcript. & concludit Couar. d. c. 35. num.3.verſ.ſecundo probatur pract. queſt. & firmat Menoch. de retinen. poſſeſſ. d. remed.nu.335.& 336.& ſeq.& aſſentit Farinac. d. q.8.nu. 23.verſ.limita tertio.

Volunt etiam Scribentes, quod ſi Clericus citatus à laico iudice,ſi ſua putauerit intereſſe,& comparuerit,illius ſententiæ,&iudicio ſtare cogatur,per doctrinā Bal.in.l.teſtamenta.in fin. C. de teſtam. & hanc citationis formam pro cautela dat.Cepo. caut. 68. nu. 3.Marant.in pract.4. par.ver.Clerici non poſſunt conueniri. Roland. conſ. 29. nu. 1.& ſeq.lib.2.Ioſeph. Ludo. com. opin.lib.1.concl.5. verſ.ampliatur predicta;quaſi quod talis citatio ſit potius incitatoria,quam arctatoria,& ſic citatus clericus,non reus neceſſarius,ſed actor voluntarius efficitur,ſecundum Bal.Caſtren.& Alex.ac cæteros in d.l.teſtamenta. C. de teſtam.& concludit Affl.dec.24.nu.7. & 8. & ſicuti clericus poteſt,ſi vult,coram ſeculari iudice conuenire laicum in cauſa merè profana, vti per Innoc.in c. cum P. in ver. Clericus.de accuſat.Butr. & Innoc. in c.quo clericus. de for.comp.ita pariter citatus,ſi ſua putauerit intereſſe,cum comparendo actor dicatur voluntarius, poteſt laicali iudicio ſe ſubmittere. cum hac ſententia tranſit Scacci. d. c.11.nu.100.& aſſentit Farin.d.q.8.nu.87.Dec.in c.cum inter.nu.36.de excep.& conſ.700.ſub nu.6.eo quia non petitur in aliquo condemnari iſte clericus citatus, ſi ſua putauerit intereſſe,& ſic in effectu actor erit.Doct.in.l.de

pu-

Digitized by Google

pupillo. §. meminiſſe & §. ſi ſeruo. ff. de no. op.nunciat. Contrarium voluere Anch. in. c.ea, quæ.reg.58.verſ.27. de reg.iur.in 6.Dec.conſ.158.col.2.Aym.conſ.13.in fin. Alex.in d.l.de pupillo, §. ſi ſeruo.ff.de no.op.nunciat. & concluſum fuit per ſacrum Conſilium Neapolitanum teſte Capic. dec. 8.nu.3.Eo quia Clericus ſic citatus, ſi ſua putauerit intereſſe, comparendo, & docendo de ſuo intereſſe, non actor voluntarius,ſed neceſſarius reus eſſet dicendus, & propterea non poterit coram laico conueniri, quamquam Dec.in d.c.cum inter.nu.15. & Felin.nu.21. de except.contrarium tueri conati ſint.

73 Nihilominus quod Clericus ita citatus non poſſit diſtringi laicali iudicio,expreſſè demonſtratur, conſiderando,aut Clericus iſte comparet, aut non comparet, ſi comparet,& opponat fori declinatoriam, petendo ad iudicem ſuum remitti,tunc laicus iudex non erit competens,vigore dictæ declinatoriæ exceptionis;quę in omnib.cauſis tã magnis,quam paruis, tam ordinarijs, quam extraordinarijs,tum coram ordinarijs iudicibus,tum coram delegatis opponi poteſt,teſte Bal.in.l.ſi quis in conſcribendo in fin. C.de pact.& in puncto concludit Afflict.in conſtit.Regni. conſtit.de Burgenſaticis.verſ.ſeptimo quæro. col. 3. relatus à Roland.d.conſil.29.nu.17. lib.2.iterum Afflict.latè dec.380.n.7.& ſeq.vbi Vrſill.nu.5.& fuit de mẽte Capic. dec.8.num. 3.comprobat Menoc.d.remed.15.num.232. recup. poſſeſſ. Ioſeph.Lud.d.concluſ.5.verſ.5.& in caſu. Gram.dec.61.num.3.& proſequitur Farinac.d.q.8.n.91.

74 Pręcipuè ſi citato ſic Clerico, imponatur poena,quod ſi non comparuerit,contra ipſum in contumaciam procedetur,quia tunc non erit actor voluntarius,ſed reus neceſſarius,ideo ſententia contra ipſum minimè ferri poteſt, & lata eſt inualida, & non præiudicat clerico, ſic declarãdo

docuit Soc.in tract.de citat.in 2. art. prin. q. 14.& firmarunt Lud.d.concl.5.verſ.fallit hoc dictũ.Capic.d.deciſ.8. nu.4.Roland.d.conſ.29.n.18.lib. 2. Grammat.d. dec.61. nu.3.& voluit Farin.d.q.8.nu.92. Vnde comparendo Clericus propter iſtam citationem poterit declinare forum ſecularem.

75 Si verò non comparuerit, quia tunc actam,& ſententia contra ipſum lata non afficiunt,cum citatus,ſi ſua putauerit intereſſe,non comparendo,non dicatur contumax, ſecundum Bal.in c.1.in 5.q.de mil. vaſſall. qui cont. eſt vbi Afflict.nu.9.gloſſ.Bal. & Salic.in l.ea quidem.C.ſi manc. ita fuer.aliena.ipſe Bal.in l.preſcriptione in. 15. col. verſ. ſexto quæritur.C.ſi contr.ius.vel vtil publ.& in.c.fin.in prin.de fid.inſtr.Ang.in.l.contumacem.C.quom.& quando iud. Aret. in. §. quadrupli.27.col.verſ.quid ſi compareant.Inſtit.de actio.Alex.in d. l. de pupillo. §.1.in fin.ff. de no op.nunc. & in. l. libertis.la.1.ff.de in ius vocan.

Et poſtquam citatio ſic formata, ſi ſua putauerit intereſſe non arctat clericum ad comparendum, ita pariter ſententia contra eum lata exequi non poteſt Felin. in d.c.cum inter.nu.12.de excep.Bellamer.dec. 11.Roland. d.conſ.29.n.6.lib.2.Menoch.omnino videndus d.remed. 15.nu. 228. recup. poſſeſſ. & prius dixerat Afflict.dec.2. nu.8.& ſequitur Farinac.d.q.8.nu.90. Ex quibus apparet quam vana,& fruſtratoria ſit opinio tenentium,quod clericus hoc pacto citatus, efficiatur actor voluntarius, quæ tantum non procederet ſi clericus comparendo non opponeret fori declinatoriam, quod in practica nunquam dabitur, ex quo ſemper clericus hanc declinatoriam opponet,& ad ſuum iudicem remitti inſtabit.

De

De ſtatuto laicorum an,& quando liget Clericos Cap. XXI.

SVMMARIVM.

1 *Clerici ciues dicuntur, & ciuium appellatione continentur.*
2 *Clerici non ſolum originarii,verum etiam alienigenæ,dummodo habitent,beneficient,vel commorentur in loco, veniunt appellatione ciuium.*
3 *Statuta laicalia concernentia commune bonum ligant Clericos ſecundum opinionem aliquorum, quæ reprobatur.n.21*
4 *Clerici tranſgreſſores ſtatuti laicalis commune bonum continentis,peccant mortaliter.*
Quod declaratur nu.27.
5 *Ad ſeculares* Principes *ſpectat condere leges circa temporalia ad Republicæ conſeruationem.*
*Quod declaratur.nu.*26.
6 *Clerici, & laici in concernentibus politicam temporalem eundem habent rectorem* Principem *ſecularem, cuius legibus gubernantur,& illis ſubiiciuntur,ſed quomodo procedat,demonſtratur.num.26.*
7 *Statutum laicale de Clericis expreſsè loquens non valet.*
8 P*rincipes ſeculares non habent poteſtatem condendi leges in Clericos.*
9 *Statuere eſt iuriſdictionis,et a pari procedunt,ligare aliquem ſtatuto,vel trahere ad ſuum forum.*
10 *Quando defuit poteſtas,nulla eſt operatio.*
11 *Defectus iuriſdictionis quandocumq. allegari poteſt.*
12 *Statutum generale, & fauorabile Clericos ligare multi voluere.*
Sed declaratur.num.18.& 22.

13 *Sub generali ſtatuti laicalis diſpoſitione Clerici nõ cõtinẽtur.*

14 *Statutum quantumcunq; generale non extenditur ad perſonas exemptas, & non ſubiectas ſtatuentibus.*

15 *Diſpoſitio ſtatuentium commenſuratur ſecundum eorum poteſtatem, & non creditur voluiſſe illas perſonas complecti in generali ſtatuto, de quibus in ſpecie diſponere ſtatuentes non potuiſſent.*

16 *Statutum generale tum ex defectu poteſtatis, tum voluntatis, Clericos non comprehendit.*

17 *Statutum quantum vis fauorabile non ligat Clericos.*

18 *Statuta fauorabilia quomodo ligant Clericos, declaratur.*

19 *Lex neceſſitat, & obligat, et priuilegio nemo inuitus vtitur.*

20 *Statutorum laicorum beneficia Clericis non denegantur.*

21 *Statutum laicale commune bonum continens non ligat Clericos ex defectu poteſtatis.*

22 *Statutum merè fauorabile Clericis, nec etiam valet.*

23 *Statutum, per quod ligantur Clerici, non fauorabile, ſed odioſum demonſtratur.*

24 *Sola vtilitas non ſuſtinet actum nullum.*

25 *Publica vtilitas, & commune bonum efficit, vt lex fieri poſſit, cuius finis eſt commune bonum.*

26 *Iuriſdictio reſpicit tempus, locus, cauſas, res, & perſonas, & quo ad tempus, locum, & cauſas, iuriſdictio temporalis a ſpirituali eſt diſtincta, ſed quoad res, & perſonas Eccleſiaſticas, nihil eſt quod laicis concedatur.*

27 *Quando Clerici propter commune bonum tenentur ſeruare edicta ſecularium, hoc euenit, non vigore legis a ſeculari* Principe *promulgatæ, ſed vi rationis naturalis.*

28 *Clerici violatores edictorum ſecularis* Principis *non a laicali, ſed ab* Eccleſiaſtico *iudice puniuntur.*

29 *Et Eccleſiaſticus iudex non tenetur pœnam impoſitam per*

Conſtitu-

Conſtitutionē laicalem imponere, ſed aliam arbitrariam.
30 *Vt conſtitutio laicalis liget Clericos, quæ requirantur, demonſtratur.*
31 *Quando Clericus vti intendit ſtatuto laicali, debet eo vti cum ſuis omnibus qualitatibus.*

1 QVia Clerici dicuntur ciues, & veniunt appellatione ciuium, ſecundum Bart. in l. 1. num. 11. ff. ad municip. Bald. in cap. 1. de vaſſall. qui arm. belli. depo. qui ſcriptum reliquit, quod Eccleſia dicitur de corpore ciuitatis. comprobarunt hoc dictum Bald. Georg. Natt. in tract. ſtatut. excluſ. femin. in 3. q. prin. nu. 85. Marſ. in tract. de banni. in ver. Ciuitate. n. 116. & Caſſanc. in Conſuet. Burgund. rub. 13. §. 9. nu. 2. affirmauit, quod Clerici dantur ciues diſtrictuales, & pars Ciuitatis, & allegat Oldr. Io. Andr. Rom. & Abb. proſequitur Tiraq. de primogen. q. 44. num. 9. Cumias ſuper rit. mag. Cur. c. 40. num. 280.

2 Quinimo Bart. in l. ciues. C. de incol. lib. 10. & in d. l. 1. voluit, quod hoc procedat non ſolum in Clericis originariis, ſed quoq; in alienigenis, ſi tamen in loco habitent, beneficium habeant, vel ibi commorentur, quia dum ibi moram trahunt, loco ciuium habentur, hoc idē dixit Barbat. in c. Rodulfus. n. 137. de reſcrip. Felin. in c. dilectus, il 2. n. 2. & 8. eo. tit. Lap. in rub. de donat. int. vir. & vxor. §. 39. n. 5. Boer. deciſ. 260. n. 20. & firmat Sanſeuer. in l. 1. n. 141. C. de Sum. Trin. & fid. Cathol. reſponditq; Old. cōſ. 32. per tot. quod ſacerdos eſt de vniuerſitate, ſequitur Albert. in l. 1. col. 2. verſ. vidi etiā dubitari. ff. quod quiſq; vniuer. nom. Dec. in c. Eccl. S. Mariæ. ſub n. 10. de Conſt. & ſecūdū Arch. in repet. c. 1. col. 36. verſ nō obſtat, quod in re ſua. de Cōſt. Clericus dicitur habere ciuitatis participiū.

Digitized by Google

3 Hinc dixere multi, quod ſtatuta laicalia ligant Clericos præcipuè, quando ſtatutum continet commune bonum, vti latè reſpondit Menoch. conſ. 800. nu. 2. lib. 7. & comprobat Vincent. de Franch. deciſ. 9. nu. 5. & voluere Nauar. in Manual. confeſſ. c. 23. num. 88. Meſſias, de ax. panis. concl. 5. nu. 40. Sot. in 4. ſentent. diſt. 25. q. 2. artic. 2. col. 4. verſ. quarta concluſio. Auedan de exequ. Princip. mandat. lib. 1. c. 13. num. 7. & habemus tex. in c. non minus. §. quo circa. de immun. Eccleſ. vbi Anch. nu. 8. dicit, quod vbicumque tractatur de communi vtilitate, & commodo Clericorum, & laicorum ſimul, & permixtim, Clerici tenentur vti laici.

4 Et ſi Clerici ſimili ſtatuto contrauenirent, mortaliter peccarent, ſecundũ Luc. de Penn. in l. fi. C. quib. mune. nemi. lic. ſe excuſar. li. 10. Sot. vbi ſupra. qui vlterius voluit, quod vltra peccatum, teneantur Clerici ad reſtitutionẽ damni dati. proſequitur Franc. d. dec. 9. n. 4. Menchia. lib. 1. de ſucceſſ creat. §. 10. n 648. Meſsia. vbi proximè n. 41. Lopez. in addit. ad pract. Diaz. c. 56. verſ. primo Clericos.

5 Nam ad Principem ſecularem, cui à Deo in temporalibus populorum cura eſt demandata, ſpectat condere leges circa ea, quæ pertinent ad iuſtam viuendi rationem, & Republicę conſeruationem reſpiciunt, non autem ad Epiſcopos, & alios iudices Eccleſiaſticos, Sot. lib. 1. de iuſt. & iur. q. 6. art. 2. poſt princ. & in 4. ſentent. d. diſt. 25. q. 25. Melin. de iuſt. & iur. diſputat. 31. concluſ. 6.

6 Qui dicit, quod Clerici, & laici in concernentib. politicam temporalem eundem habent rectorem Pincipem ſecularem, cuius legib. gubernantur, & quibus ſubijciuntur. Sicuti igitur Clerici in ſpiritualibus tenentur iura Pontificia ſeruare, ita in temporalibus à ciuilibus ſanctionibus diſcedere Clerici non debẽt, ſic Driedon. de liber. Chriſt.

lib.

Digitized by Google

lib.2.c.1.propoſit.4. D.Thom.de regimin. Principib.lib. 1.c.12.Illuſtr.Card.Bellarmin.de poteſt.Pontif.lib. 3. c. 6. Lopez.ad Diaz. c.56.verſ.ſed vt liberè dicam.

7 In quo articulo cauẽdum erit,quod ſi ſtatutum laicale, ſeù Principis ſecularis edictum expreſſe de Clericis loqueretur, non valeret vllo pacto ita Butr. in c. quod Clericis. de for. compet. vbi Imo.Abb.& cæteri.Dec. in d. c. Eccleſiæ S.Mariæ.nu.24.de Conſtit. prout eum refert,& ſequitur Menoch.de recup.poſſeſſ.remed. 14.nu.56.

8 Eo quia Princeps ſecularis non habet poteſtatem condendi leges in Clericos,per ea,quæ notant omnes in d.c. Eccleſiæ S.Mariæ.Doct.in d.c.quod Clericis.de for.cõp. Corn.conſ.145.n.4.lib 4.Caſtren.qui de communi teſtatur.conſ.157.n.1.lib.2.Port.Imolen.conſ.48.n.11.Hondad.conſ.3.nu.11. lib.1.& nos demonſtrauimus Clericos

9 exemptos eſſe à laicali iuriſdictione, † Qua propter,cum ſtatuere ſit iuriſdictionis ſecundũ Bart.in l.omnes populi. n.3.ff.de iuſt.& iur.ibiq; Caccialup.& Iaſ.Rom.cõſ. 218. n.2.Et ſicuti comprobauimus,ſecularẽ Poteſtatẽ non poſſe iudicare,Clericum,ita nõ poteſt ſtatuto aſtringere:pari enim paſſu procedunt,ligare aliquem ſtatuto,vel ad ſuum trahere forũ,Innocent.& Butr.in rubr.de cõſuet. Archid. in c.quo iure. diſt. 9.Dec.in d.c.Eccleſiæ.S.Mariæ.nu.6.

10 Vnde cum poteſtas deficiat,nulla eſt operatio, ex quo in quolibet actu eſt neceſſaria poteſtas ad illius validitatem.c.cum ſuper.de off.deleg l.cum te.vbi Bal.C.de donat.ant.nup.Dec.conſ.198.nu.3.& firmat,validisq;rationibus comprobat Surd.conſil.301.nu. 17. lib. 3.& ſentit Hondad.d.conſil.3.nu.12 lib.1.

11 Defectuſque iuriſdictionis eſt talis, & tantæ efficaciæ quod quandocunq, allegari poteſt, vt citatis multis,concludit Surd.d.cõſ.301.n.18.lib.3.dicens,quod regula hęc

con-

continens, quod actus ſit nullus, quando ſit ab eo, qui poteſtate caret, nullam omnino patitur exceptionem, quia eſt fundata in naturali ratione.

12 Si verò ſtatutum generale fuerit, & de Clericis mentionem non faceret, tunc inter Scribentes controuertitur, ſi licet Clericos, & quando continet commune bonum, illos ligare voluere ſuperius citat, & quando Clericis eſt fauorabile, illos comprehendere tenuere multi. Quia licet ſit defectus poteſtatis, tam in generali fauorabili, quam in ſpeciali, attamen quia in generali ſtatuto non cadit, nec demonſtratur ſuperioritas circa Clericos, ſicuti in ſpeciali, in quo expreſſe de Clericis ſtatuitur. Ideo ſub illa generalitate, quãdo eſt fauorabile ſtatutum, Clerici complectuntur, quia, & ipſi eo poterunt, vti argumento doctrinæ Bal. in l. omni. nu. 2. C. de ſacr. Eccleſ. & ex cõmuni reſpondit Soc. conſ. 230. n. 8. lib. 2. Capr. reg. tract. reg. 15. n. 35. Laurent. Chirio. com. opin. concl. 56. cent. 4. qui de communi, & ipſe teſtatur. Neuiza. copioſè conſ. 39. nu. 10. vbi aſſerit. Quod quando verba ſtatuti non ſunt præceptiua, ſeù arctatiua, ligant Clericos, & voluiſſe hoc idem videtur Burſatt. conſ. 93. num. 22. lib. 1.

13 Contrarium vero mihi dicendum videtur. Quia in generali iſta ſtatuti diſpoſitione Clerici non continentur. Felin. latiſs. in d. c. Eccleſiæ S. Mariæ. nu. 89. de Conſtit. pulcrè Panor. in c. cum à nobis. nu. 3. de ſentent. excom. Caſtren. in l. ab adminiſtratione. poſt prin. C. de lega. quo fit, quod ex defectu voluntatis ſtatutum ita generaliter cõ
14 ceptum Clericis non noceat. ƒ Quia ſtatutum quantumcunq; generale non extenditur ad perſonas exemptas, nec ſubiectas iuriſdictioni ſtatuẽtium. Bal. in d. l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. Soc. conſ. 74. nu. 11. lib. 1. Gozad. conſ. 76. nu. 12. Quæ verba generalia intelliguntur de omnib.

exceptis

exceptis priuilegiatis. Siluan. conſ. 73. nu. 4. Rimi. ſen. cõſ. 313. n. 13. lib. 2. Burſatt. his citatis, conſ. 186. nu. 33. lib. 2.
15 Eo quia diſpoſitio ſtatuentium commenſuratur ſecundum eorum poteſtatem, & non creditur voluiſſe illas perſonas comprehendere in generali ſtatuti diſpoſitione, de quib. in ſpecie, & expreſſe diſponere non potuiſſent, Abb. in c. a nobis. il primo, nu. 4. & 5. de ſent. excom. Mandell. de Alb. conſ. 8. nu. 10. Alex. conſ. 211. nu. 1. lib. 2. vbi ſcribit ſtatuentium mentem eſſe interpretandam ſecundum ius, vt ſcilicet, Clerici, qui ſtatuentibus non ſubiacent, in ſtatuto non includantur, ſequitur Crot. conſ. 370. nu. 13. & 14. lib. 3.
16 Si igitur ſtatutum de Clericis expreſſe mentionẽ feciſſet, non valeret defectu poteſtatis ſtatutum generale, in quo de Clericis non ſit mentio, defectu poteſtatis, & etiã volũtatis ſimul corruit. Io. Andr. in c. fi. de immun. Eccl. in 6. Bald. in l. fi. §. in computatione. C. de iur. deliber. Soc. conſ. 46. nu. 9. lib. 4. Rim. iun. conſil. 449. n. 32. lib. 4. cum præfatis reſidet Hondad. d. conſ. 3. nu. 16. & ſeq. lib. 1.
17 Nec releuat, ſi ſtatutum Clericis eſſet fauorabile, quia indiſtinctè Clericos nõ ligari ſtatuto laicorum, quantumuis fauorabili tenet Matheſi. in ſing. 112. vbi dicit hãc doctrinam vtilem, & lucroſam, & procedere in foro nedum Eccleſiaſtico, ſed etiam ſeculari, per tradita in d. c. Eccleſiæ S. Mariæ. Quod etiam ante Matheſi. videtur fuiſſe de mẽte Bal. in c. cum veniſſent. nu. 6. de eo, qui mittit. in poſſeſſ. Et dictum ſtatutũ de Clericis expreſſam, & ſpecificam mentionem non faciens, interpretatur ſecundum ius commune, quo ſancitur. Nolite tangere Chriſtos meos, vt notatur in §. vult enim. in Authent. de non alienan. & ideo de eis ſtatuere noluiſſe per ſupradictum dicendum venit. Si verò res nominat, vult quidem illos complecti, ſed non

poteſt,

poteſt, vti diximus, & conſiderat Surd. conſ. 2. ſub nu. 15. lib. 1. & ſentit Lap. allegat. 100. n. 4. Soc. conſ. 14. in prin. vbi de communi, & conſ. 46. nu. 8. lib. 4. & hanc etiã communem appellauit ipſe Soc. conſ. 1. num. 9. lib. 2. Alex. d. conſ. 211. n. 3. lib. 2. & firmat Hondad. d. cõſ. 3. n. 11. lib. 1.

18 Quod autem dicunt Scribentes, Clericos ligari ſtatuto fauorabili, intelligendum eſt, de ſtatuto permiſsiuo, vel cõſultiuo Eccleſiæ, vel etiam priuilegij inductiuo, vti declarat Lap. d. alleg. 100. & ſequitur Domin. in c. fi. de off. deleg. in 6. Hinc bene dicebat Bal. conſ. 300. num. 4. lib. 1. quod ſtatuentes vtique pñt pręter legem fauorabiliter diſponere ſuper rebus, & perſonis Eccleſiaſticis, vt puta, vt credatur codicibus rationum Eccleſiæ, etiam priuatis, quod violatores immunitatis Eccleſiaſticæ ipſo iure incurrant in talem pœnam, & ſimilia ſtatuta certè poſsint condere ſeculares poteſtates, eo, quia continẽt materiam Eccleſię fauorabilem, quæ reſoluitur in vim priuilegij, ſecus eſt, quando ſtatuta ſunt præceptiua, & neceſſaria ita Dec. in d. c. Eccleſiæ S. Mariæ. poſt Card. Abb. & Alex. quos citat, nu. 50. diſtinguendo ait, quod ait, quod aut ſtatuta continent materiam Eccleſię fauorabilem, quę tamẽ habet in ſe pręceptũ, & neceſsitatẽ, & nõ ligaret Clericos, aut materia eſt fauorabilis adeo, quod reſoluitur in vim conſilij, & priuilegij, & tunc porriguntur ad Clericos.

19 Et hoc eſt, quod dixit Bal. in d. c. cum veniſſet, quod Clerici non ligantur ſtatuto laicorum, licet eis vti poſſint, tanquam priuilegio, non tanquam lege, quia lex neceſsitat, & obgligat, priuilegio nempe nemo inuitus vtitur, argum. l. quod fauore. C. de ll. & quilibet poteſt dare priuilegium Eccleſiæ ſuper pertinentibus ad ſe, vt dicit Card Florent. relatus à Brun. de ſtat. excluſi. femin. artic. 12. nu. 171. & doctiſsimè declarat Surd. d. conſ. 2. n. 19. lib. 1. Lamberteng.

Digitized by Google

bert eng. de contract. eor. qui ſin. cert. ſolemnit. gloſ. 2. nu. 57. vbi ait, eos. qui affirmant legẽ fouorabilem ligare clericos, intelligi quo ad hoc, vt ſi velint, poſsint ea vti, non quod cogãtur eam cõtra ſe recipere. Roch. de Curt. in c. fi. ſectio. 8. nu. 71. de conſuet. ſcribit. quod includũtur clerici, ſi velint, non aliter, proſequitur Lancell. Gall. in conſuet. Alex. in ver. Maritus. 4. q. n. 7. qui dicit communem.

20 Hucq; tẽdunt ea, quod ſtatutorum laicorum beneficia non denegantur clericis, vti ſcripſere Oldr. conſ. 32. Lap. alleg. 101. Bal. in l. 1. col. 8. verſ. ſed hic vlterius quæritur. C. de Sum. Trin. Panor. in lect. d. c. Eccleſiæ. S. Mariæ. ad fi. ibi. (ſi verò ſtatutũ porrigit) de Conſt. & in c. quod clericis. num. 41. de for. compet. & in c. conſtitutus. 5. not. nu. 4. de reſtit. in integr. & in c. fin. 1. not. vbi bona apoſt. de vit. & honeſt. cler. Afflict. de iur. Protho. §. vlt. num. 17. Barth. Soc. conſ. 89. col. 1. verſ. prædictis obſtaret. lib. 2. & conſ. 71. ſub nu. 5. lib. 4. Dec. conſ. 114. 1. dub. Marſ. latiſſimè ſing. 453. Marant. in pract. part. 2. act. 2. 6. par. prin. nu. 27. Blanch. de compromiſſ. in. 3. par. ſub num. 32. Poſſunt etenim laici clericis beneficia concedere, c. nouit. de iudic. Dec. conſ. 150. nu. 2.

21 Nec facit, quod diximus de ſtatuto continente commune bonum, & afferente commodum non minus clericis, quam laicis, quo in caſu cle ricos quoq; ligat. Quia ſtante ratione ſuperius adducta, & à noſtratibus paſſim ponderata, quod in laicos deficit poteſtas ſtatuendi quoad clericos. Idcirco ſequitur ſtatutum eſſe nullum, non minus, quando cõtinet vtilitatem clericis, & laicis communem, quam vbi ſolum prodeſt laicis, nec ſola vtilitas cauſæ tribuit iuriſdictionem, quia, eo quoq; in caſu in laico deeſt iuriſdictio, vnde deficiet pariter ſtatuendi poteſtas.

22 Idq; clarius demonſtratur ex eo, quia ſtatutum merè fauo-

Digitized by Google

fauorabile Clericis, & eis tantummodo commodum afferens, nihilominus non valere oſtendimus, per notata à Mattheſi.d.ſing.112.& probat tex.d.c.Eccleſiæ S.Mariȩ, vbi Abb.nu.25.& ſeq.Barbat.nu.2.& Dec.nu.24.& reſpondit Soc.conſ.56.nu.1.lib.1.Neapodan.in Conſuetud. regni.in proœm.nu.309.Nauar.conſ.4.num.5.lib.1.Purpurat.conſ.335.nu.2.qui loquitur,etiam ſi eſſet iuſtum,& rationabile. Tanto magis inualidum dicere poſſumus, ſi Clericis,& laicis vtilitatem apportaret.

23 Quinimo ſi rectè conſideretur,quotieſcunq; hoc ſtatutum ligaret Clericos, non poſſe dici fauorabile, quia & ſi ratione cauſæ,vel ſubiectæ materiæ prodeſſe poſſet Clericis,noceret tamẽ,quatenus eos ligaret,& plus eis obeſſet exercendo in illos iuriſdictionem,quam prodeſſet tribuẽdo commodum temporale, & hoc pacto poſſent ſeculares Principes ſtatuendo aliquid in commodum Clericorum, acquirere in Clericos poteſtatem, & exercere in eis iuriſdictionem,quod nil aliud eſt,quam priuare Eccleſiaſticos ſub ſpecie boni apparentis bono ſubſtantiali, & pro modico commodo burſali emere libertatem Eccleſiaſticam, vt in puncto reſpondit Surd.conſ.301. num. 34.lib.3.

24 Et ſola vtilitas non ſuſtinet actum, qui aliàs ſit nullus, ſed alia concurrere debent,quæ ad vtilitatem ſunt acquiſita,propterea videmus non ſuſtineri alienationem rerum Eccleſiȩ factam abſq; debitis,& requiſitis ſolemnitatibus, quamuis ea ſit vtilis Eccleſiæ. c.ſine exceptione. 12.q.2. c.tua nuper.de his,quȩ fiunt à Prælat ſine conſenſ. capit. & ibi hoc notat Abb.glo.in ſum. 12.q.2.Gemin.& alii,in c. 2. de reb.Eccl.non alienan. Redoan.de reb.Eccleſ.non alienan. q.20.nu.193.& ſeq.

25 Bene verum eſt, quod publica vtilitas,& commune bonum efficit,vt ſtatum,ſiue lex fieri poſſit;& hic eſt legum finis,

finis,vt commune bonum ſeruetur, vti de mente Ariſtot. & D. Thom. firmat Molin. de iuſt.& iure, diſput. 3. col. 2. ſed non dat iuriſdictionem. ſic Surd. d. conſ. 301. n. 26. lib. 3. Et quamquam ad principem ſecularem ſpectet prouidere circa politicam temporalem, & ea, quæ publicum bonum circa temporalia reſpiciunt, non autem ad Epiſcopos. Verum namq; id eſt, dummodo perſonas, & bona Eccleſiæ, vel clericorum non attingant.

26 Cum enim iuriſdictio reſpiciat tempus, locum, cauſas, res, & perſonas, reſpectu loci, temporis, & cauſarum iuriſdictio Eccleſiaſtica eſt diſiuncta à temporali, reſpectu verò rerum Eccleſiæ, & perſonarum Eccleſiaſticarum nihil eſt, quod laicis concedatur, ita Vaſqui. de ſucceſſ. creat. d. §. 10. nu. 651.

Idcirco quoad cauſas ſtatuendi licet ſit ſecularis poteſtatis bono publico prouidere, intelligendum tantum erit, ne manum ponat ad perſonas, & bona clericorum, & quotieſcunq; ſecularis Princeps vellet ſuis ſtatutis clericos, & Eccleſias afficere, non minus læderet Eccleſiaſticam iuriſdictionem, quam offenderet temporalem iudex Eccleſiaſticus, ſi in temporalib. laicis præciperet. hæc Surd. omnino videndus d. conſ. 301. nu. 45. lib. 3.

27 Et quatenus conſtitutio laicalis ligaret clericos ob commune bonum, id non eſſet ratione dictę legis, ſeu conſtitutionis, & quatenus lata per ſecularem Poteſtatem, ſed ex vi naturalis rationis, ſuper qua fundatur, in tantũ quod ſi ſuper eo nulla eſſet promulgata lex, tamen Clericus id facere, vel omittere teneretur, ita dictante ratione naturali, & æquitate Canonica, ac morali, qua omnes inducimur ad faciendum ea, quod publica omnium hominum vtilitas exegit, & ob id contrauenientes peccat mortaliter, argumento c. paſtoralis. de fid. inſtr. & ſentit Afflict. in

prælud.

prælud.coſtit. Regni. q.7.nu.2. Lopez.ad Diaz.d.c.56. verſ.non tamen intelligas,&clarius expreſſit Surd.d.conſ. 301.num.30.& 31.lib.3.

28 Et quod hoc ſit verum,quod non vigore legis ſecularis, ſed vi naturalis rationis, clericus obſeruare teneatur ea, quæ ad commune bonum pertinent,dignoſcitur. Quia, & ſi prohibitio facta ſit à ſeculari Poteſtate, ſi clerici eam violarent,non à laicalib.miniſtris,ſed per ſuos Eccleſiaſticos iudices competentes eſſent puniendi, ita de mente Menchia.ſcribit Lopez.ad Diaz.d.c.56.verſ.ſecũdo clericos,vt voluit Io.de Plath.in §. item lex Iulia.col.4.verſ. item nunquid.Inſtit.de pub.iudic. vbi affirmat poenam exigi per iudicem Eccleſiaſticum, nec ſecularis poteſt ſe ea ſe intromittere, cuius deciſionem ſingularem inquit Lap.in c.per veſtras.in 2.not.§.ſed eſt pulcra. nu. 13. de donat.int.vir.& vxo.Iſern.in c.1.§.illicitas. in fin.de pac. iur. firm. proſequitur Surd.d.conſ. 301. nu. 34.lib.3.vbi ponit differentiam,quando quis teneatur vigore legis, & quando vi rationis naturalis.

29 Hoc in caſu aduertendum velim,minimè teneri Eccleſiaſticum iudicem, eadem poena Conſtitutionis laicalis clericos mulctari, ex quo, cum ad obſeruantiam præfatæ ſecularis Conſtitutionis tantum teneantur naturali ratione;quæ non magis vnam,quam alteram poenam trangreſſoribus infligit,& poena, quæ in edicto laicorum imponitur prouenit à ciuili Poteſtate, & iuriſdictione, à qua clerici immunes eſſe ſæpius diximus. ideo arbitraria poena plecti poſſent clerici tranſgreſſores ſtatutorum laicalium pro communi, & publico bono emanatorum, per ea, quæ notauit Lopez.ad Diaz.d.c.56. verſ.tertio minim.Sot. in 4.ſenten.diſt. 25.q.2.art.2.col.4.verſ.4.concluſio. & citatis Molin.& Nau.firmat Surd.d.conſ.301.nu.39.lib.3.

30 Vt

Digitized by Google

30 Vt enim Conſtitutio edita à laico Principe liget clericos, de mente Doct. in d.c. Eccleſiæ S. Mariç. plura copulatiuè requiruntur. Nempe, quod ſit clericis fauorabilis, & non grauis, quod procedat per modum priuilegii, quod non vtatur verbis præceptiuis, nec poenalib. alias eos non ligare acerrimè defendit Surd. d. conſ. 301. ſub n. 24. lib. 3.

31 Verũ hoc dixiſſe volui, quod ſi clericus vti velit ſtatuto laicorum, debet illo vti cum omnib. ſuis qualitatib. Bal. in l. omni. ad fi. C. de ſacroſ. Eccl. in. l. contra. §. fin. 1. lect. ff. de pact. in. l. de quib. nu. 26. ff. de iuſt. & iur. & in l. 1. q. vlt. de contrah. emp. Dec. conſ. 532. nu. 8. in l. 1. nu. 12. ff. de iur. om. iud. & in d. c. Eccleſiæ S. Mariæ. ſub num. 21. de Conſtit. Aym. conſ. 135. nu. 26.

Appellatione Clericorum qui veniant in materia noſtra Immunitatis eccleſiaſtici fori. Cap. XXII.

SVMMARIVM.

1 *Clerici vndè dicti.*
2 *Clericorum aliqui ſeculares, aliqui regulares.*
3 *Clericorum nomine in materia iſta beneficii fori veniunt omnes, qui in quacunq; dignitate ſint poſiti præter laicos.*
4 *Clerici in ſacris conſtituti indubitanter beneficio fori gaudēt.*
5 *Clerici prima tantum tonſura initiati, & ipſi gaudent beneficio iſto.*
6 *Illi, qui nullo ordine clericali initiati inſeruiunt Eccleſiæ animo, vt fiant clerici, gaudent beneficio fori. Et in quibus verificetur, oſtenditur.*
7 *Clerici in minoribus conſtituti gaudent benefio iſto.*

Q 8 *Dum-*

8 *Dummodo in habitu, & tonſura incedant, & inſeruiant Eccleſiæ de mandato Epiſcopi iuxta ſanctionem Sancti Concilii Tridentini.*

9 *Clerici coniugati quando gaudeant beneficio fori, demonſtratur.*

10 *Regulares omnes profitentes regulam approbatam per Sedem Apoſtolicam non gaudent fori beneficio.*

11 *Nouitii, ſi ante profeſſionem delinquant, ab Eccleſiaſtico tantum puniendi.*

Quod declaratur, niſi Nouitius religionem deſerat.

12 *Conuerſi, qui ſe Eccleſiæ ſeruitio dedicarunt, fori beneficio gaudent.*

Idem dicendum eſt de Ieſuatis, de Pinzocariis, & ſimilibus, dummodo ſint aggregati alcuni Religioni, vel regulam approbatam profiteantur.

13 *Familiares clericorum quando gaudeant hoc beneficio fori, latè demonſtratur.*

QVia in diſcurſu iſtius immunitatis noſtrę perſonarum Eccleſiaſticarum à ſeculari iuriſdione continuè verba fecimus de Clericis, & vſque adhuc qui ſub iſto nomine contineantur non enucleauimus, neceſſarium viſum fuit demonſtrare, qui ſub hoc clericorum nomine, beneficio fori Eccleſiaſtici gaudere valeant.

Clerici vero à cleros (verbo gręco) dicuntur, quod cum circumflexo accentu in prima ſyllaba deſcripto, ſors, vel hæreditas latinè interpretatur, vnde Cleri appellantur, quia in ſui ordinatione vel aſſumuntur in hæreditatem Domini, vel aſſequuntur hæreditatem ipſo. Sunt verba tex. c. cum ſecundum Apoſtolum. de Præbend. & ſors alicuius dicitur illud, quod quis ex natura alicuius actus debet

bet ſortiri,conſequi,vel habere. hinc ſors virtutis dicitur Regnum æternum,quia debetur virtuti, ſiue virtuoſis pro virtute, & ſi Regnum coelorum ſortiantur, aſſequuntur ſortem ſuam,ſic Gugiel.Bout.in tract.de vſur.nu.45.

2 Cericorum autem aliqui ſunt ſeculares, aliqui regulares, ſeculares dicuntur reſpectu virorum religioſorum, cum ſeculares clerici nullam profiteantur regulam, ſed in ſeculo Deo ſeruiunt,vti docet Bal. poſt gloſſ.in c.licet in corrigendis. de off. Ordin. quem reaſſumpſit, & ſequitur Rebuff. in pract. benefic. par. 1. tit. quotuplex ſit benef. in princip.

Et dicuntur ſeculares, quia ad modum laicorũ poſſunt proprium habere, & idem pro ſua voluntate facere, vt faciunt laici,tit.extra de teſtam.gloſ.2.in d.c.licet in corrigendis.de off. Ordin. Non quod propriè dicantur ſeculares,vt docuit.d.gloſ.2.& ibi Panor.qui infert, quod appellatione ſecularium non veniunt clerici, ad quod ego allego tex.c.clerici,vel ſecularis.13.q.2.

3 Sub igitur nomine clericorum veniunt omnes, qui in quacunq;dignitate ſunt poſiti præter laicos.in c.de perſona. in fin. 11. q. 1. Authen.Presbyteros.la 1.C.de ſacro. Eccleſ.Panorm.in rub.de vit.& honeſt.cler.nu. 4.c. cum ſibi. de verb. ſig. vbi Canonicos clericorum appellatione venire ſancitur.

Et Epiſcopi in materia iſta fauorabili ſub nomine clericorum veniunt, licet aliàs ſecus eſſet in odioſis ſecundum Tiraq;de nobil.c.6.verſ.& faciunt etiam,ſub nu.52.

4 Quo vero ad Presbyteros, & alios in ſacris ordinibus conſtitutos, nulla cadit dubietas, quod beneficio noſtro fori Eccleſiaſtici fruantur.

5 Verum,& ii,qui prima tantum tonſura initiati ſunt,cum perſonæ Eccleſiaſticæ dicantur.c.fin. de temp.ord.in 6.c.

duo.12.q.1.Panor.in d.rub.de vit. & honeſt. cler. num.4. Et ipſi exempti ſunt à ſeculari, & ſub Eccleſiaſtica iuriſdictione conſtituti ſunt.c.2. de for.compet.c. clericum. & c.nullus. 11.q.1.c.clerici.c.decernimus, & c. cum non ab homine.de iudic.vbi Dec.in 2. not. & notant Scribentes in c. cum contingat. de ætat. & qualit. & in l. generaliter. C. de Epiſc. & cler.Io. And.in c.nullus de ordi.cogno. in 6. & in c. de apoſtat. & in c. nouit. de iudic.Dec. in c.Eccleſiæ S.Marię.nu.6.de Conſtit. Barb.in terminis conſ. 45. num.2.lib.2.Alex.conſ.149.col.1. lib.6.Cepo. cauſ.crim.conſ.11.nu.15.Marſ.conſ.crim.conſ.65.n.58. & 59.Alex.de Neuo.conſ.56.nu.1.Lopez.ad.Diaz.c.62. nu 9.Decia.tract.crim.lib.4.c.9. nu. 21. par.1.Scacci.de iudic.cauſ.ciui.& cri.c.11.nu.16.Far.tit. de inquiſit.q.8. nu.5.Ant.Gomez.var.reſol.lib.3.tit.quādo reus gaud.im mun.Eccl.nu.3.qui de communi teſtatur.Et appellatione clericorum venit, qui ſola tonſura eſt initiatus.Bal.in l.etiam col.4. verſ. & ideo clerici non poſſunt.C.de excep. re iud.Corſet ſing. 12.in ver.accuſatio.Lap.de liber.Eccleſ. q. 2. in princ. Calcan.conſil.70.ſub num.79.& tradunt Boſſ.tit.de for.compet.ſub num.127.Roland.citatis aliis conſil.4.nu.16.cum ſeq.lib.1.

6 Quinimò Decia d.c.9.nu.17.notabiliter ſcribit, quod hoc beneficiū fori Eccleſiaſtici habent etiam ij,qui adhuc nullo ordine clericali,ſunt initiati,ſed inſeruiunt Eccleſiæ eo animo,vt poſtea fiant clerici,quod voluit glo.2.in c.2. de for.cōpet.Quod verificatur in Mediolanenſi Dioeceſi, vbi ex Sāctiſſimo inſtituto Illuſtriſſimi Card.Borromei recolendæ memorię,nullus ad primam admittitur tonſurā, ſi per annum habitum clericalem nō detulerit,ad cuius ſuſceptionem petitur licentia ab Ordinario,vti obſeruari ſępius vidi, dum Illuſtriſſimi Card.Federici Borromei Auditor

ditor fui in dicta Curia Archiepiſcopali, & hoc vo luit dicere Decia. vbi proximè, dum intelligendum de iis vult, qui iam ſe obligarunt Eccleſię ſeruitio, ſecus de aliis, qui veniunt cauſa adiſcendi tantum à Parocho, & ali quando inſeruiunt Eccleſiæ: quod probari aſſerit in tex. c. omnis ętas. 12. q. 1. & facere affirmat gloſſ. in c. per exceptionem. in ver. perpetuò oblatl. de priuil. in 6. & in ſpecie tradit Abb. in c. 2. nu. 5. de for. compet. vbi Barbat. nu. 29. & non diſplicet Fari. d. q. 8. num. 5. in fin.

7 Verum cum minoribus ordinibus inſigniti, & ipſi largè dicantur ſacros ordines habere, quia omnes ordines ſacri ſunt. c. erubeſcant. 32. diſt. Panor. in c. clericis. nu. 7. ne cler. vel Monac. in c. ſanè. il 1. ſub n. 3. de cler. coniug. & in c. clericus. il 2. in prin. de vit. & honeſt. cler. gl. vnic. in ſum. 32. diſt. Qua propter, & ipſi gaudent priuilegiis in ſacris conſtitutorum. Alex. cõſ. 8. lib. 1. apoſt. ad Panor. in c. cum non ab homine. 1. not. in ver. primę tonſuræ. de iudic. Doct. in c. nullus. de tempo. ordin. in 6. Lup. de liber. Eccleſ. q. 2. in prin. Marſ. cauſ. crim. conſ. prædicto 65. nu. 59. P. Duen. reg. tract. reg. 99. in 2. ampliat. Et quod hoc beneficio fori gaudeant, tenere omnes ſupracitati.

8 Prędicta tamen temperanda erunt iuxt. Sacri Trdentini Concilii ſanctionem, in c. nullus. quod eſt 6. ſeſſ. 23. de reformat. dummodo incedant prędicti clerici in minoribus conſtituti in habitu, & tonſura clericali, & inſeruiant Eccleſię de mandato Epiſcopi, ſeù habeant beneficium Eccleſiaſticum, vti diximus. c. 17. nu. 13.

Non ſolum clerici, qui in minorib. conſtituti incedunt in habitu, & tonſura, ac Eccleſiæ inſeruiunt, iſto priuilegio
9 fori gaudere debent. † Sed etiam clerici coniugati eodem beneficio fruuntur, per tex. c. vnic. de cler. coniug. in 6. quo cauetur in hęc verba. (Præſenti declaramus edi-

cto, huiuſmodi clericos coniugatos, pro commiſſis ab eis exceſſibus, vel delictis trahi non poſſe criminaliter, aut ciuiliter ad iudicium ſeculare;) & huiuſce tex. diſpoſitionem ſeruandam eſſe præcipit Sancta Tridentina Synodus. d. c. 6. ſeſſ. 23. & ipſius tex. auctoritate ita reſpondit Alex. de Neuo. conſ 61. nu. 1. & firmauit Couar. Pract. q. c. 31. nu. 6. & ſeq. qui plura adducit, Clar. de communi teſtatus in pract. §. fin. q. 36. verſ. quæro, an clericus coniugatus. Capr. reg. tract. reg. 97. nu. 85. Decia. d. c. 9. nu. 40.

Sed aduertendum velim, quod, vt iſte clericus coniugatus beneficio fori potiri valeat, requiritur, vt cum vnica, & virgine matrimonium contraxerit, & veſtes clericales, & tonſuram deferat, per d. tex. c. vnic. de Cler. coniug. in 6. quem latè interpretatur Couar. Pract. q. d. c. 31. Petr. Duenn. de mend. Reg. 1. par. c. 22. Et vltra prædicta in ſupracitatis tex. diſpoſita, Concilium Tridentinum d. c. 6. ſeſſ. 23. mandat vlterius, quod dicti clerici coniugati inſeruiant actualiter alicui Eccleſiæ de mandato Epiſcopi, ita Lopez ad Diaz. c. 64. n. 13. & Clar. d. q. 36. verſ. hæc vero omnia, requiri etiam ait, quod iſte coniugatus clericus non ſe immiſceat negociationibus ſecularibus, vel armis. Eo quia ſi clericus primæ tonſuræ non coniugatus ob aliquam cauſam amittit priuilegium Clericatus, tanto magis amittet ob eandem coniugatus, ita Scacci. d. c. 11. nu. 20. proſequitur Fari. d. q. 8. nu. 6. vbi nu. 7. affirmat. quod iſti coniugati tantummodo gaudent hoc beneficio fori in criminalibus, non in ciuilibus, & ita intelligendum eſſe d. tex. c. vnic. de Cler. coniug. in 6. comprobat. Sed quia. vti ex Scacci. concludit Fari. d. q. 8. nu. 6. in fin. hodie in clericis coniugatis non concurrunt ſupradicta requiſita neceſſaria ideo raro, aut nunquam ſimiles clerici coniugati beneficium iſtud fori Eccleſiaſtici conſequentur.

10 Dixi-

Digitized by Google

10 Diximus ſuperius, clericorum aliquos eſſe ſeculares, alios regulares; de ſecularibus cum iam viderimus, reſtat videre de Regularibus, & quod attinet ad materiam noſtram,omnes Religioſi,qui regulam aliquam à Sum.Pont. approbatam profitentur, iuxta ſanctionem tex.c.fin.de relig. domib. & ij exempti ſunt à foro ſeculari, vt notant omnes in cap.2.de for.comp.& in cap.ſi quis ſuadente. 17 q.3.& voluit.Decia.d.c.9.nu.29.& ſeq.& Fari.d.q. 8. ſub nu.46.verſ.amplia vigeſimo.

11 Nouitij quoq;qui habitum religionis approbatę aſſumpſerunt,ſi ante profeſſionem delinquant, ab Eccleſiaſtico tantum iudice eſſent puniendi,per tex.l.ſtatu. liber.ff.qui ſta. qui, & ſi loquatur de ſtatu libero, attamen Bart. in Authent.Ingreſſi.col.pen.verſ. pro hac tamen induco.C. de ſacr.Eccl.hoc argumento vtitur de ſtatu libero ad Nouitium, & per dictum tex.ita determinat Iaſ. in Authent. ſi qua mulier.circa ſi.verſ.ego teneo.C.de ſacroſ. Eccleſ. & in l. quædam puella. nu. 13. ff.de iur.om.iud.Caſtrenſ. conſ.432.col.2.verſ.tertio principaliter vſque ad fi.conſ. lib. 1. Boſſ. tit.de for. compet. ſub num. 127.& comprobat Scacci.d.c.11.nu.21.& pulchrè notat Ang.in l.1.ff.de pæn.per dictum tex.l.ſtatu liber.licet in alia materia infra annum Nouitius non habeatur pro ingreſſo, ſed fallit in caſu noſtro,vti ſcribit Decia.d.c.9.nu. 24.Et facit ad hoc Quia ſi quis Nouitium iſtum offenderit, puniendus erit, perinde ac ſi Religioſum offendiſſet. c. Religioſo. §. fi. de ſent.excomm.in 6.Vnde à contrario arguendo, idem eſſe debet in Nouitio delinquente,qui pro Religioſo eſt reputandus, vt contrariorum ſit eadem diſciplina. l. 1. ff.de his, qui ſunt ſui, vel alien.iur.& per ea,quæ notant Doct. in l. vlt. C. de ind. iud. tollend. Præcipuè cum in vtroque caſu tractetur de fauore ipſius Nouitii, cui magis

Digitized by Google

expedit iudicari ab Eccleſiaſtico ob minorem pœnam, quam ſolent imponere. hoc argumento in puncto vtitur Lamberteng.de contr.con.glo.2.q.19.nu.27.in fi.vbi bene declarando, dicit prædicta non procedere,ſi tractatur de puniendo delicto per Nouitium commiſſo,qui tamen Religionẽ deſeruit,& de Monaſterio exiit,iſto enim in caſu,cum amplius pro religioſo haberi non poſſit,ideo poterit à ſeculari iudice puniri,quamquam delictum in Monaſterio, dum Nouitiatus habitum deferret, perpetraſſet, prout eum refert Fari.d.q.8.ſub num.46.verſ. amplia 16.

12 Conuerſi quoq; qui ſe Eccleſiæ ſeruitio dedicarũt, beneficium fori gaudebunt,præſertim ſi profeſſionem aliquã fecerint,puta,obedientiæ,caſtitatis,vel paupertatis ſecundum Calder. conſ. 30. ſub tit.de Regular.& notatur in c. Parochianos.c.ex tenore.c.nõ dubium.& c.de Monialib. de ſent.excom.in 6.& comprobat Decia.d.c.9.nu.28.Ex prefatis decidi poſsũt multę quęſtiones de Ieſuatis fratrib. de Regularib.tertii ordinis B.Franciſci,& de ſimilibus,qui ſi alicui Religioni ſunt aggregati,vel aliquam regulã profitentur à Sede Apoſtolica approbatam,hoc beneficio fori gaudebunt,ita Decia.d.c.9.qui more ſuo doctiſſimè,& di

13 ſtinctè loquitur.† Adeo fauorabiles ſemper fuere leges,& Scribẽtes Eccleſiaſticis perſonis circa iſtam fori immunitatem,vt eam extendere conati ſunt ẽt ad familiares clericorum,& ſi laici eſſent, qui tamen gaudẽt clericorum,priuilegio,& conueniendi ſunt corã iudice Eccleſiaſtico gloſ. 1.circa med.in c.eos,qui.32.diſt.glo.1.in prin.in c.iudicatũ.89.gl.1.in c.2.de for. cõp.Bal.in l.2.3.not.C.de Epiſ. & Cler.Marãt.in Pract.11.diſt.4.par.prin.n.4.Marſ.cauſ. crim.conſ.67.n.60.Calca.cõſ.71.per tot.vbi dicit id gñale eſſe in omnib.famulis ſingularis perſonę.Card.Alb.cõſ. 13.ſub n.7.& habemus tex.in c.pen.de priuil.in 6.& probatur

batur in l.Medicos.& l.fi.C.de profeſſ.& Med.lib. 11.in l.viros.C.de cō.conſtit.lib. 12.in l.ſacris.la 3.C.de proxi. ſacr.ſcrin.eo.lib.& in l.fi.C.de propo.agen. in reb. eo.lib. 11. & in l. 1.& 2.C.de Epiſc.& Cler.Ant.de Butr.in d.c. 2.in 1.col.de for.comp.ſequutus à Capic.dec.12.n.2.qui de magis cōmuni teſtatur,& ſequitur Ant. Theſ.dec.Pedem.22.vbi relatis opinionib.tenet quod coloni,& famuli clericorum non gaudeant, quando nō ſunt perpetui, & de iſtis intelligendum ſcribit tex. c.Eccleſiarū ſeruos. 12. q.2.diuerſa enim ratio eſt in famulis,& operariis, qui ſunt perſonę liberæ,à ſeruis perpetuis,qui ſunt in dominio Eccleſiaſticorum. Et tantum Epiſcoporum famuli hoc priuilegio gaudent ſecundum Abb.in c.1.nu.16.de for. comp. & in c.cum non ab homine,ſub nu.2. de iudic. & Fel.in c. 2.nu.2.in fi.de for. comp.dicit opinionem Abb.eſſe tutiorem,quod etiam voluit Burſatt.conſ.25.per tot.& præcipuè num. 13.lib.1.ſequitur Fari.d.q.8.nu.46.& concludunt Capic.& Theſaur.vbi ſupra.

Quod, etiam vigore Motus proprii Pauli PP. III. incipit Debita conſideratione,& eſt 24. in ordine,extenditur ad duos familiares Referendariorum vtriuſq; ſignaturæ.

Et tanto magis procederet in famulis Illuſtriſſimorum Cardinalium, qui tantummodo ſuppoſiti ſunt illorum iuriſdictioni,priuatiuè quo ad alios iudices, ſecundū Zabar. & Panor. relatos, & ſequutos à Clar. in Pract. §. fi.q.35. verſ.numquid familiares,& verſ.excipiūtur. Verū Scacci. de iud.cauſ.ciui.& crim.c.11.n.22.ſcribit. Quod nunquā in Vrbe vidit,aut audiuit ſeruatum hoc priuilegium Cardinalium puniendi ſuos familiares, & credit hoc priuilegium à ſe ipſis Cardinales abdicaſſe, potius ad eorum exonerationem, quam, iure coactos proſequiter Fari. d. q.8.nu.46.qui dicit, quicquid ſit de iure,hodie Cardinalium

lium famuli, & familiares puniuntur à iudicibus ordinariis Vrbis, ſicut alii quicumque;

Et quod pertinet ad propoſitionē iſtam de famulis clericorum, qui gaudent hoc beneficio fori, videndus ſemper erit Decia. d. c. 9. nu. 47. & nu. 57. lib. 4. par. 1. vbi multa.

De habitu, & tonſura Clericali. Cap. XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Clericalis habitus in duobus copulatiuè conſiſtit, ſcilicet in tonſura, & veſtibus, nec vnum ſine altero ſufficeret.*

2 *Tonſura duæ ſpecies, & quæ, ſint, declaratur.*

3 *Tonſura in modum ſpheræ, & coronæ competit clericis ad Diuina miniſteria deputatis.*

Cuius ſphericæ tonſuræ ſignificatus dantur.

4 *Conuerſis capilli ſuperius non raduntur, ſed tonduntur inferius, & quare.*

5 *Tonſura a quibus originem habuerit.*

6 *Clericus in ſacris, ſeu beneficiatus non deferens tonſuram, peccat mortaliter.*

7 *Excuſantur tamen impotentes ob carentiam capillorum.*

8 *Veſtes Clericorum a iure determinatæ non reperiuntur.*

9 *In materia habitus Clericalis ius Canonicum procedit potius prohibendo, quam deſignando.*

10 *Quæ veſtes prohibitæ ſint clericis demonſtratur.*

11 *Habitus clericorum ſecularium incertus, ſecus Regularium.*

12 *Statis de iure, etiam quo ad ſeculares clericos, habitus determinatur ad hoc, vt dignoſcantur a laicis.*

Quorum habitus, qualis eſſe debeat, refertur:

13 *Circa veſtes clericorum attendenda regionis conſuetudo.*

14 *Cardinales purpura, & galero purpureo vtuntur.*

15 *Si*

15 *Si de habitu, an ſit Clericalis, vel ne, quæſtio eſſet, quis iudex erit, Eccleſiaſticus, vel ſecularis?*
Et Eccleſiaſticum eſſe oſtenditur.
Concilianturque Scribentes.

VT enim Clerici beneficium fori habeant, neceſſarium eſſe diximus, quod incedant in habitu, & tonſura, ideo quærendum erit, qui ſit habitus & quę tonſura Clericalis.

1 Sciendum itaque erit, quod habitus Clericalis in duobus copulatiuè conſiſtit, ideſt, in tonſura, & veſtibus, nec vnum ſine altero ſufficeret, ſecundum Bal. in l. ſi qua per calumniam. nu. 3. C. de ſacro. Eccl. vbi refert, quod captus in maleficio, habens tonſurã ſine veſtib. vel habens veſtes ſine tonſura, non dicitur captus in habitu Clericali. hoc idem notat Gemin. in c ſi iudex. §. idem eſſe. in princ. vbi Franc. de ſent. excõ. in 6. & fuit dictum Io. Andr. ibidẽ. n. 1.

2 Tonſuræ autem duæ ſunt ſpecies. quarum vna competit Clericis deputatis ad Diuina officia, quę figuratur in modum ſpherę, vel coronę, ſicuti habemus, in c. prohibitæ. diſt. 23. in d. c. duę ſunt. 12. q. 1.

3 Cũ enim circularis ſit, & careat angulo, ſignificat Clericos carere debere ſordib. quoniam vbi angulus, ibi ſordes, Ac etiam quia coronam in capite repræſentat, vnde datur intelligi, quod Clerici in Deo Regnum habent, & dum ſe, & alios virtutib. regunt poſſunt appellari Reges, in ſignum Regni quod in Chriſto expectant. Et raſio capitis eſt temporalium omnium depoſitio. Verum quia non omnes capilli raduntur, ſed pars, hinc capilli, qui remanent, deſignant, quod clerici debent aliqua retinere ad vitę ſuſtentationem, vt dicitur in d. c. duæ ſunt 12. q. 1. Et ob id raſura fit in ſupremo vertice capitis, vt mens Clericis eleuetur

uetur ad cæleſtia deſideria, nec retardetur, ſubtractis capillis, ideſt ſublatis occupantib. rerum temporalium à contemplatione Diuinorũ, Et fit in ſummitate capitis, quia ibi eſt eminentia mentis, cuius ſuperior pars eſt ratio, & inferior ſenſualitas. c. vnic. §. quia vero Chriſtus. de ſacr. vnit.

4 Conuerſis vero, quoniam Diuinis miniſteriis non occupantur, capilli ſuperius non raduntur, ſed inferius, tonduntur, quia temporalia deponunt, & hæc eſt proprie tonſura, & non raſura, quę ex parte inferiori capillorum fieri debet, ad reuelationem ſenſuum viſus, & auditus, ne nimia capillorum longitudine oculi, & aures impediantur videre, & audire ea, quæ Dei ſunt, vt habetur in c. penult. 23. diſt. vbi dicitur, quod clerici debent incedere detenſo capite, & auribus patentibus, ſicuti notat gloſ. in Clement. quoniam in ver. & tonſuram. de vit. & honeſt. Cler. vbi Imo. num. 28. & Abb. in c. penult. ſub nu. 4. extr. eo. & hæc eſt ſecunda ſpecies tonſuræ.

5 Raſuramq; iſtam, ſeù coronam nonulli voluere à Nazarænis fuiſſe inuentam, qui, ſeruato tamen crine, radebant caput ad continentiam, & capillos ponebant in ignem ſacrificij. Alii dixere habuiſſe originem à Beato Petro, qui in memoriam Dominicæ Paſſionis, & in ſignum coronæ ſpineę raſuram in capite ferebat, vti affirmat Butr. d. c. penult. de vit. & honeſt. cleric. prout eum refert Pacian. in tract. cui incumb. on. proban. c. 34. nu. 26. & ſeq. par. 2.

6 Et ita, & taliter clerici tonſurati incedere debent, quod ſi tonſuram non portarent, peccarent mortaliter. cap. prohibitæ, ibique Propoſ. 23. diſt. Panorm. in cap. ſi quis ex clericis. per eum text. de vit. & honeſt. cleric. Rebuff. in Pract. benef. prima part. tit. de for. lite. tonſur. in fine.

Quod intelligendum cauit Dec. in c. ad audientiã col. pen. in fin. dę reſcript. de clerico in ſacris, vel beneficiato.

7 Bene

7 Bene verum eſt,quod ſi propter infirmitatem,ſeu debilitatem capitis, vel nimium caluitium, tonſuram non deferrent,excuſantur, & gaudent clericali priuilegio.Capp. Tholoſ.dec.256.qui enim capillos non habent, excuſantur, cum nemo teneatur ad impoſsibile, etiam ſi deficerent mediante aliqua illicita opera,ſed à remotis,vt puta, quia ſibi cecidiſſent propter morbum gallicum. ita Clar. in Pract. §. fin. quæſt. 36. verſ. quæro nunc. & ſequitur Scaci.de iudi.cauſ.ciui.& crim.c.11.num.83.in fin.

8 Veſtes clericorum non reperiuntur à iure determinatæ, ſicuti ſentit gloſ. in cap. 1. de vit.& honeſt.cleric. vbi Doct.& gloſ.in Clem.1.in fine.de elect.gloſ.vnic.in ſum. 21.quæſt.4.Panorm.in c.tranſmiſſam.4.not.ſub nu. 2.de elect.Alex.conſil.8.in fin.lib.1.conſil.149.ſub nu.12.lib. 6.Prob.ad Monach.in c.vnic.nu.4.de cler. coniug. apoſt. ad Panorm.in c.cum conſuetudinis.de conſuet.Clar.in Pract.§.fi.q.36.verſ.ſed quæro,quis dicatur.

9 Et propterea in hac materia habitus clericalis ius canonicum procedit potius prohibendo, quam permittendo,prohibet nempe clericis non nullos habitus non tamē præſcribit, qualem deferre debeant.ita communiter aſſerunt omnes, ſecundum Clar.d.q.36.verſ.dixi clericum.

10 Et prohibitas eſſe dicunt veſtes rubras,& virides, itē manicas, pileum, epitochium, ſeu tabarrum foderatum vſq; ad oram, caligas ſcaccatas,& indumenta aperta breuia,aut nimium longa,prout ordinauit Innoc.III.in c.penult.de vit.& honeſt. cler. Foller.in Pract.crim.in ver.audiantur excuſatores,nu.42.Menoch. de arbitrar. iud.caſ. 392.vbi accuratiſſimè more ſuo refert diſpoſitionem præfati tex.& declarat,quæ ſint veſtes ibi nominatæ,ſcribitq; quod Innoc.dum de indumentis clauſis verba fecit,intelligere videtur indumenta,non pro quouis veſtium genere,

ſed

ſed pro illis tantũ,quib.hodie loco ſecundæ veſtis vtimur, quam ſottanam) vulgo appellamus, nos clerici.Et licet Innoc.prohibeat pannos rubros,& virides.opin.Menoch. d.caſu eſt non taxatiue loquutum fuiſſe, ſed gratia exempli,nam, & eadem ratio in cæteris coloribus adeſt,imo,& aliquando maior, & Innoc. Conſtitutio fuit edita, quoniam clericis minime conuenit his col oribus vti, & Clemens V.in Clem.2.de vit.& honeſt. Cler. plura de clericorum veſtib. ſtatuit, quam Conſtitutionem approbauit Sacr. Conc. Trid. c.6.ſeſſ.14.de cuius Clem.expoſitione multa Menoch.d.caſ. 392.n.11.& ſeq.proſequitur Marc. Ant.Cucc.inſtit.maio.lib.3.titu.10. n.1.& ſeq.prout eum refert d.Scacc.d.c.11.num.84.& ſeq.

11 Et quod diximus,quod habitus clericorum non eſt certus, neq; determinatus, debet intelligi,quod non eſt certus, neq;determinatus, ſicuti habitus clericorum regularium cuiuſcumq;Religionis,qui in omnibs &per omnia in quacumq;Religione eſt ita certus,& determinatus in tantum, quod omnes fratres illius Religionis in habitu ſunt, & debent eſſe ſine aliqua differentia conformes ita quod omnes fratres vnius Religionis, & profeſſionis in habitu, & colore non differant,quod ſecus eſt in clericis ſecularibus,qui vtuntur diuerſo habitu, & in eis non eſt de iure in colore,& forma reſtricta, habitus certus, & determinatus

12 Quamquam de iure dicatur ſatis habitus clericorum ſecularium certus, & determinatus ad hoc, quod cognoſcantur, & diſtinguantur clerici à laicis, ita Lup. de liber. Eccleſ.quæſt.7.vbi nu.2.in primis notandum dicit, quod habitus clericorum debet eſſe tallaris, per tex. c. penult. 23.diſt.quem refert gloſſ.in Clement. quoniam. de vit.& honeſt. cleric. Non debet eſſe inhoneſti coloris, vt in.c. perpendimus.21.quæſt.4.Neque inhoneſtæ formæ, vt in d.Cle-

d.Clement.& in c.penult.de vit.& honeſt.cler.taliter habitus clericorum debet eſſe honeſtus, vt clericus ſit notus inter ſeculares,& laicos,vt in c.nullus eorum,& in c.Epiſcopi.21.q.4.Et circa veſtes clericorum ſatis conſtat,quod non debent eſſe neq; nimis ſordidæ, neq; nimis fulgidæ, quia neq;affectatæ ſordes, nec exquiſitæ delitiæ laudes pariunt,c.1.diſt.41.

13 Et tandem in his veſtimentis ſeruanda erit loci conſuetudo ſecundum gloſſ.in c.ſi quis virorum diſtinct.30.quę notat ſufficere,vt quis veſte vtatur ſecundum conſuetudinem regionis, vnde refert quod clerici Tranſalpini non ſunt cogendi vti veſtib.affibulatis, vt Itali, non obſtante noua conſtitutione ſuper hoc emanata circa vitam,& honeſtatem clericorum,quia lex debet conuenire conſuetudini, & hoc idem notauit alia gloſ. in. c. penult. in ver. deauratis. de vit. & honeſt. cler. vbi docuit, quod clerici debent ſe conformare in veſtib.conſuetudini regionis,ne videantur hippocritæ,& ne vileſcat dignitas clericalis,de qua re inſignis eſt tex.in.c.fin.diſt.41. vbi habetur,quod in cibis,ac in veſtimentis ſeruandi ſunt mores eorum,cum quibus viuimus,nam qui,contemptis his,cum quibus viuit lautiora ſibi,aut auſteriora veſtimenta, vel alimenta quęrit,aut intemperans ſui,aut ſuperſtitioſus eſt.

Qui enim facit, quod alii ſuę profeſſionis communiter faciunt,non ſolum affectationem vitat,quæ tam in ſordib. quam in delitiis conſiſtit. d.c. 1.diſtinct.41.Verum etiam pericula vitiorum declinat,quę ſæpe ſub ſpecie virtutum latenter ſubintrant, vt dicitur in.c. ſępe. diſtinct. 41. Et propterea in veſtitu nec ornatus, nec ſordes conſiderantur,ſed quid locis,quid temporib.& quid perſonis conueniat, diligenter attendendum eſſe voluit gloſſ.in c.1.in ſum.21.q.4.quæ tenet, quod clerici poſſunt ſecundum

con-

Digitized by Google

conſuetudinem regionis etiam pretioſis veſtibus vti, vt conforment ſe moribus eorum, inter quos viuunt, ita Pacian.d.c.34.num.35.& ſeq.par.2.& ante eum dixere Roland.conſ.4.num.27.lib.1.Cepol.cauſ.crim. conſ.11.nu. 30.Felin.in pract.crim.d. ver.audiantur excuſatores. nu. 42. qui dicit, quod ſi conſuetudo non haberet diuerſitatem aliquam inter habitum clericorum, & laicorum, illa eſſet nihilominus attendenda. Couar. pract. quæſt. c.31. ſub nu.7.vbi dicit, quod in habitu clericorum bene attenditur loci conſuetudo, non tamen laicorum, ſed clericorum comprobat Farinac.d.q.8.nu.69.

14 Hinc Cardinales vtuntur purpura, & galero purpureo ex ordine Inno.IV.vti dicunt Menoch.d.caſ.392.num.8. & Sacci.d.c.11.nu.86.

Si enim contrauerteretur; an habitus, cum quo repertus eſſet aliquis clericus, eſſet clericalis, ad quem hæc ha-
15 bitus cognitio ſpectet, ad Eccleſiaſticum, vel ſecularem iudicem, contendunt Scribentes, & quod pertineat ad iudicem laicum, affirmat Guid.Pap.dec.138. & ſentit Gem. in c. vnic.§.fin.in fin. de Cler. coniug. in 6. & reſpondit Soc.conſ.122.num.3.lib.1.& tenet Rip.in c. 2.nu.4.de iudic.& comprobat Clar.in pract.§.fin.quæſt. 36. nu. 14. Decian.c.9.num. 95.lib.4.par.4.& dicunt alii, quos congerit Maſcard.de probat concluſ.961.nu 4.par.2.

Dontrarium vero, ſcilicet, quod cognitio iſta habitus ſpectat ad Eccleſiaſticum iudicem, voluit Zabar. in clemen.2.in fin.de vit.& honeſt.cler.Cepo.d.conſ.11.col.6. verſ.qualis debeat eſſe habitus. Roland. d. conſ.4.nu.33. lib.1.Couar.Pract.quæſt.c.33.ſub n.1.Farin. d. q.8.n.34 Et opinio tenentium contrarium, vti falſa à Canonibus, & communi omnium aliorum ſententia contraria, expreſſè reprobatur à Couar.d.c.33.ſub nu.1.Scacci.d.c.11.nu. 88.Lo-

Digitized by Google

88. Loper. ad Diaz. c. 62. nu. 14. Rot. Rom. deciſ. 3. alias 202. de ſent. excommun. in nouis.

Pro concordia dici poſſe ſcribit Pacian. d.c. 34. ſub. n. 23. Quod aut notoriè conſtat habitum non eſſe Clericalem, vel quia non habet tonſuram, quæ res ſeculari inſpectione detegitur, vel quia veſtes erant verſicoloris, & tunc prima opinio procedat, quæ fundatur in notorio, & iux. Gemin. Soc. & Guid. Pap. ſupra citatos. quod etiam voluit Maſcar. de probat. concl. 689. num. 8. & ſeq. p. 2. vbi dicit, quod ſi ſtatim poteſt probari, quem non incidere in tonſura, quæ puta, ſtatim poteſt ad oculum videri, depoſito bireto, tunc ſi quis allegaret ſe Clericum, & incedere in habitu, & tonſura, ſi iudex ſecularis ſtatim denudato capite, contrarium cognouerit, poterit denegare remiſſionem ad iudicem Eccleſiaſticum tanquam calumnioſam, vt per Domin. & Franc. in c. 2. §. 1. col. 2. de Cler. coniug. in 6. & per Aufrer. in tract. de poteſt. ſecul. in Eccleſ. 20. fallent. & non diſſentit Decian. d.c. 9. nu. 110. & comprobat Scacc. d.c. 11. nu. 89. & ſequitur Farinac. d.q. 8. nu. 34.

Nam & ſi ſecularis iudex non poſſit de Clericatu cognoſcere ad effectum pronunciandi, an ipſe captus ſit verè Clericus, necne, & an inceſſerit in habitu ad hoc, vt inde ſequatur declaratio, an amiſſerit, vel non amiſſerit priuilegium fori, poteſt tamen talem informationem aſſumere ſummariè ad effectum, vt illum remittat ad iudicem Eccleſiaſticum, ſic Farinac. vbi proximè ex Anchar. Butr. & Scacc. Aut dubitatur, an ille habitus eſſet Clericalis, eo quia habebat captus tonſuram, ſed quæſtio eſſet circa veſtes, quæ vel propter colorem, vel propter eorum breuitatem dubitationem mouerint, an Clerico conuenirent, vel ne, & tunc credit Pacian. dicto capitulo 34. numer. 23. & num. 24. veriorem eſſe opinionem Zabarell. cum ad Epi-

ſcopum pertineat habitum deſcribere Clericorum, quod etiam voluit Scacc.dicto capitul.11. numer.88.

De Clericatu, quomodo probetur. Cap. XXIV.

SVMMARIVM.

1 *Clericus in dubio quis non præſumitur, ſed laicus.*
2 *Natura non creat artem, ſed diſponit ad artem.*
3 *Omnes naſcimur laici, ideo clericatus qualitas erit probanda.*
4 *Clericatus eſt ſolemnitas extrinſeca, ad quam non peruenitur, niſi facto hominis.*
Quomodo clericatus probetur, rem ſiue.
6 *Immunitas Eccleſiaſtica quid.*
7 *Differentia inter immunitatem, & libertatẽ Eccleſiaſticam.*

1 POſtquam in dubio quis Clericus non præſumitur, ſed laicus cum qualitas Clericatus non ſit à natura, Card. Zabar. in repet. c. perpendimus, col.2. de ſent. exco. in c. ex litteris, de tranſact. & in c. cum adeo, de reſcript. Felin. in cap. ſignificauit, in prin. de teſtib. Dec. conſ.125. nu.6.

2 Eo quia natura non creat artem, ſed diſponit ad artẽ, vt colligitur ex reſponſo Valentin. in l. Stichus, ff. de leg.3. & ex c. ex ſtudijs, de præſump. conſultuſq; reſpondit Alber. Brun. conſ.38. col.3. & aſſerunt Bal. in l. Macedoniani, ſub nu.2. C. ad Macedon. Aym. conſ.72. nu.2.

3 Et omnes laici naſcimur, ideo clericatus qualitas erit probanda per eum, qui in clericatu ſe fundat, vt dicit Io. Andr. in regula, ſcienti, col. pen. poſt prin. de reg. iur. in mercurial. & ad hoc affert contex. in c. legum, 2. q.1. & ipſum

ſum ſequutus fuit Luc. de Pen. in l. quicumq; in 62. caſ. ſub nu.20. C. de apoch.pub. lib. 10.& Aufrer. in repet. Clem.1.col.1.n.5.de off.Ord.Bal.in c.fi.n.4.de præſump. Lopez ad Diaz c.62.nu.20.Decian.tract.crim.c.9.n.127 lib.4.p.4.Farinac.q.8.nu.38.Maſcar.de prob.concl.302. nu.3.par.1.& confirmat Pacian. in tract. cui incumb. on. prob.c.34.nu.1.par.2.

4 Præcipuè quia clericatus eſt ſolemnitas extrinſeca, ad quam quis non poteſt peruenire; niſi facto hominis, ergo non præſumitur,niſi probetur.Ant.de Butr.in c.fin.nu.8. de eo.qui furt.ord.recep.

5 Propterea operæ precium eſſet tractare, quomodo clericatus probetur.Verum quia Maſcar.de prob.concl.302. 303.304.& 305.p.1.latiſſimè nobis mandauit,quomodo, & quibus modis clericatus probetur,ſuperfluum duxi, aliquid in hoc particulari in medium afferre,maximè cum Pacian.& ipſe in d.c.34.num.41.& ſeq. plenè doceat modum probandi clericatum,& nouiſſimè conſumatiſſimus, & præclariſſimus Farinac. d.q.8. nu.38. & pluribus ſeqq. adamuſſim omnia referat,quæ poſſent adduci in hoc propoſito,ideo ad prædict.recurrendum erit.

6 Reſtat modo, vt finem imponamus hiſce noſtris commentarijs,dicendum,quid immunitas,ſeu emmunitas Eccleſiaſtica ſit.Et ex ſupradictis ſatis apparebit,quod dicitur priuilegium,ſeu libertas Eccleſiæ, qua ipſa Eccleſia gaudet circa multa, inter quæ connumeratur priuilegium noſtrum,ne malefactores ad ipſam confugiẽtes inuiti extra hantur,vti ſuperius ſatis demonſtrauimus,&dicitur immunitas,ſeu emmunitas,quaſi extra munia, ideſt munera data libertas,& dicitur ab, è, quod eſt extra; Vel dicitur immunitas,quaſi puritas, vnde dicitur quis immunis nedum ab oneribus, & muneribus, ſed etiam à peccatis,

prout

prout ſumitur in cap. final. de purgat. cano. ibiq; Doct.

7 Et licet dixerimus, quod immunitas Eccleſiaſtica dicitur libertas, qua ipſa Eccleſia gaudet. Sciendum tamen erit, quod hoc procedit largo ſumpto vocabulo, quaſi eã confundendo. Verum ſi ſtricte (vt conuenit in materia cenſurarum) accipienda erit, debemus diſtinguere inter Eccleſiaſticam libertatem. Per Eccleſiaſticam nempe immunitatem intelligere debemus exemptionem loci ſacri, & per libertatem Eccleſiaſticam intelligere debemus exemptionem perſonarum Eccleſiaſticarum.

Quod vtile erit ſcire, quia ſi quis locum ſacrum violauerit, non erit reus violatæ libertatis, ſed tantum immunitatis, & non incurreret in cenſuras illatas contra violatores Eccleſiaſticę libertatis, hinc videmus, quod Benedictus XI. in extrauag. inter cunctas, §. incendiarios. de priuileg. ponit diſtinctos caſus violationis immunitatis, & violationis libertatis Eccleſiaſticæ, vt docuit Caietan. in ſumul. tit. de immunitat. Eccleſ. violat. & ſequitur Villagut. de extenſ. leg. tit. de extenſ. immunit. Eccleſ. quæſt. vnic. concl. 1. num. 1. 2. 3.

Et hæc ſufficiant pro abſolutione operis, ad laudem Dei Omnipotentis, & glorioſæ Virginis Mariæ ac ſanctorum Andreæ, & Alexandri, Aduocatorum meorum.

F I N I S.

Digitized by Google

INDEX
VERBORVM RERVM
ET SENTENTIARVM INSIGNIVM.

IN HIS COMMENTARIIS CONTENTORUM locupletiſſimus, ac diligenter ſecundum alphabeticum ordinem digeſtus.

CVIVS PRIMVS NVMERVS CAPITVLVM, ſecundus vero cuiuſque capituli numerum indicat.

A

ABba.opinio in c.inter alia,nu.5.de immunitate Eccleſiaſtica damnatur,qui diſtinguebat depopulatores agrorum a latronibus in eo,quod latrones publicè,& palam deprędentur, & occidant, depopulatores vero agrorum occulte, latentes in ſegetibus.c.4.n.3.

Abba. opinio reprobatur, dum in c. inter alia, n. 13. de immunitate Eccleſiaſtica, voluit Clericos delinquentes ad Eccleſiam confugientes non eſſe tutos.c.12.n.2.

Abſens a loco,quæ ibi fiunt,ſcire non præſumitur.c. 14. num.9.

Abutens priuilegio meretur priuilegium amittere.c.18. nu.17.

Pariter contrauenientes ibidem.

Et Vnicus ſufficit actus ibid.

Actualis degradatio, quæ etiam appellatur ſolemnis, eſt executio verbalis degradationis.c.17.n.36.

Quam regradationem, D.Hieronymus appellat.ibid.

Actualis degradationis forma.c.17.num.38.

Digitized by Google

Actualis degradatio antiquitus inuenta.c.17.num.37.
Et quæ ad ea requirebantur, ibid.
Actualiter degradatus poteſt a ſeculari Iudice *puniri.c.17.n.7.*
Alleganti,Clericum in fraudem Clericaſſe,*incumbit onus probandi.c.19.n.6*
Annus datus Clerico *exercenti ſordidas artes, in quo, ſi non deſiſtat; priuatur ſori beneficio, debet eſſe continuus. c.* 18.*n.*27
Armorum delatio Clericis prohibetur.c. 18. *n.* 36.
Vnde per laicos iudices armis ſpoliari poſſunt. ibidem.
*Aſſaſſini non gaudent immunitate Eccleſiaſtica, & ratio aſſignatur.c.7.n.*1.
*Aſſaſſini qui & vnde dicti.c.7.nu.*2.
*Aſſaſſini nomen de iure communi non erat cognitum. Et fieri mandans conductor dicebatur, faciens verò locator.c.7.n.*4.
Aſſaſſinus dicitur tam conducens operas ad occidendum, & dans pecuniam, & mandans, quam ipſe pecunia conductus occidit, & vterque priuatur immunitate Eccleſiaſt.c.7.n.5
Aſſaſſini proprie qui dicantur.c.7.n. 6.
*Aſſaſſinus ne quis dicatur oportet.quod non ſimpliciter per prætium delinquat,ſed quod prætio conuento ſuſcipiat mandatum ad occidendum. cap.7.num.*7.
*Aſſaſſinus non dicitur qui ſpe,vel gratia adductus ſine promiſſione delinquit,vt alteri morem gerat.c.7.n.*8.9.*vbi multa.*
Aſſaſſinium, vt committatur, requiritur.quod pecunia interueniat, alieuè res,& promiſſiones certæ,non vagæ,& iactatoriæ. c.7.n.9.ibidem.
*Aſſaſſinus non dicitur ille, qui ad vlciſcendum propriam iniuriã vtitur ſocijs pecunia conductis.c.7.n.*10.
*Aſſaſſinium non committitur ob mandatum ad vulnerandum, ſed requiritur ad occidendum. c.7.num.*11.
Aſſaſſinium vt quis incurrat,oportet,quod occiſus fuerit Chriſtianus*.c.7.num.*12.
Et cui incumbat onus probandi occiſum fuiſſe Chriſtianum *latè demonſtratur.c.7.n.*13.
Aſſaſſinium maius delictum proditione.c.7.ſub num. 12.
Atrium Eccleſiæ habet immunitatem, ne delinquentes in eo capi poſſint.c. 10.*num.*6.

Bart

B

BArt. ſaluatur qui in l. 1. ff. de pœn. & in l. quadam puella ff. de iur. omn. iud. voluit, quod ſi laicus committit delictum & poſtea ingrediatur religionem, vel efficiatur Clericus, quod per talem mutationem fori, non impediatur iudex ſecularis, vt procedere poſſit. Quod verum oſtenditur, ſi fraudulenter Clericatus aſſumatur. c. 19. num. 5.

Blaſphemus an dignus ſit Eccleſiæ tutela. c. 8. num. 10.

Blaſphemia grauitas, & pœna c. 8. n. 11.

Bened. in repet. c. Raynutius. deciſ. 12. nu. 16. de teſtam. reprobatur. Qui dixerat, quod poteſt Clericus feudo priuari a Domino feudi laico ob feloniam, vel aliam culpam commiſſam circa feudum. c. 20. num. 56. & ſeq.

Bullæ Gregorianæ cauſa. c. 1. num. 12.

Bulla Gregoriana, cum excipiat nonnullos caſus, in quibus delinquentes non ſunt tuti in Eccleſiis, in reliquis facit omnium incluſionem. c. 1. n. 13.

Bulla Gregoriana non extendenda ad alios caſus vltra expreſſos c. 1. num. 14.

Bulla Gregoriana reuocat omnes facultates extrahendi ab Eccleſiis, Monaſterijs ſacellis, domibus regularibus, & ſecularibus, locis ue ſacris, aut religioſis. ſicq; omnibus ſupradictis dicitur conceſſa. cap. 10. num 1.

C

CAPTVS a Birruarijs, ſi ducatur ad carceres per Eccleſiam, ſi recuſat exire nunquid extrahendus. capit. 10. num. 10.

Captura facta per laicum de Clerico infamat, & facit indicium coram Eccleſiaſtico. c. 18. num. 32.

Carceratus, ſi effractis carceribus, aufugerit in Eccleſiam, tutus erit. c. 10. n. 10. & 11.

Etiam ſi blanditijs, & pollicitationibus quoq; iuratis de redeundo fuerit emiſſus ibidem.

Ac quoq; ſi captus a familia ſe exemerit a manibus eius, & in Eccleſiam ſe receperit erit tutus. ibidem.

Cardinales purpura, & galero purpureo vtuntur. c. 23. num. 14.

Cauſæ Clericorum nec principaliter, nec incidenter tractantur coram ſeculari iudice, quia iudicantur ſpirituales, reſpectu perſonæ Clericorum. c. 20. num. 46.
Cauſa, ſi pertineat ad Clericum, & laicum inſeparabiliter, tota deuoluetur ad Eccleſiaſticum iudicem. c. 20. n. 3.
Etiam ſi plures eſſent laici, quam Clerici, ibidem.
Quod factum fuit, ne cauſæ continentia diuidatur. ibid. n. 4.
Cauſa ſi compromittatur in Clericum, & laicum, erit a laudo reclamandum ad Eccleſiaſticum. c. 20. num. 6.
Cœmeterium immunitate Eccleſiaſtica fruitur. c. 10. num. 5.
Cepol. in Authen. ſed nouo iure. C. de ſer. fugit damnatur, vbi voluit quod ad conſtituendum publicum latronem requiratur, quod graſſatio fiat cum interemptione hominis. c. 2. n. 6.
Et quod necatio non ſit neceſſaria, latiſſimè comprobatur. ibi.
Clericatus eſt res diſtinctiua a profanis. c. 16. n. 5.
Clerici ſapiunt rem ſpiritualem. c. 16. num. 5.
Clerici etiam volentes, non poſſunt in iudicem laicum conſentire. c. 16. num. 9.
Clericus ſi conueniatur pro quacunq; cauſa coram laico iudice Prælatus ſuus poteſt, etiam eo inuito, a iudice abſtrahere, cap. 16. num. 10.
Clerici, nec etiam Epiſcopo conſentiente, poſſunt in ſecularem iudicem conſentire. c. 16. num. 11.
Clericus cauſam agens coram laico excommunicatur. cap. 16. num. 14.
Quod declaratur ibidem.
Clericus an puniatur pro aſsaſſinio à iudice ſeculari. c. 17. nu. 5.
Clericus aſsaſſinus poteſt impunè occidi. c. 17. n. 6.
Clericus enormitatibus ſe immiſcens, an, & quando à iudice laico puniri poſſit, latè declaratur. c. 17. n. 12.
Clericus in minoribus, vt fori priuilegium habere poſſit, quid facere debeat. c. 17. n. 13.
Clericus in ſacris habitum clericalem retinens, pro quauis enormitate non punitur à iudice ſeculari. cap. 17. nume. 14.
Clericus ſi dimiſso habitu, enormibus ſe immiſceat, poteſt. à iudice ſeculari puniri. c. 17. n. 15.
Quod intelligendum eſt, præcedente trina monitione, vel vna facta in Synodo. c. 17. n. 16.
Clericus, & ſi non opponat de Clericatu, eſt exemptus à iurisdi-

ſtione laicali.c.17.n.17.
Clericus,qui diſtulerit de Clericatu opponere, debet in expenſis condemnari.c.17.n.21.
Quæ condemnatio ab Eccleſiaſtico fieri debet. c.17.num.22.
Clericos examinare,aut interrogare non poſſunt ſeculares iudices c.17.num.23.
Clericus incorrigibilis poteſt puniri per ſecularem iudicem.c.17. num 25.
Clericus incorrigibilis non ſecundum Canones. ſed ſecundum leges punitur.c.17.n.27.
Clericus quando dicatur incorrigibilis.c.17.nu.28.
Clericus in ſacris,vt a laico iudice puniri valeat,eſt degradandus & tradendus Curiæ ſeculari.c.17.n.29.
Clericus pro quibus delictis actualiter degradetur.c.17.nu.39.
Clericus falſum deponens coram laico quando, & quomodo puniri poſſit a laico iudice demonſtratur. Et concluditur nullo pacto puniri poſſe.c.18.n.19.& ſeq.
Clericus,qui officia ſecularia a Canonibus prohibita,& artes ſordidas exercet, nunquid puniatur per Curiam ſecularem? cap. 18.num.23.
Clericus iaculator, hiſtrio,& buffonus,niſi intra annum reſipuerit. quando puniatur a laico.c.18.num.24.
Et quid de Clerico in ſacris.ibidem.nu.25.
Et nunquid pœnitendo poſſit priuilegium fori recuperare. ibid. num. 26.
Clericus,qui perſonaliter,& publicè officium carnificis,macellarij, & tabernarij exercet,nunquid amittat priuilegium fori. c.18.num.28.
Et prædicta non extenduntur ad alias artes ſordidas.ibid.n.29.
Clericus exercens chirurgiam, an puniatur a laico, ſi negligens in eius vſu fuerit. c. 18.num.30.
Clericus poteſt capi a Curia ſeculari,ſi poſt delictum fugam arriperet,ad effectum præſentandi ſuo iudici.c. 18.num.31.
Clericus.ſi non eſt de fuga ſuſpectus, non poteſt capi per Curiam ſecularem,etiam ad effectum præſentandi Eccleſiaſtico.cap. 18. num.35.
Clericus arma deferens poteſt armi ſpoliari per Curiam ſecularem.c.18.num. 36.
Clericus ſi quis efficiatur, poſt delictum eximitur a ſeculari iu-

riſdictione,ſecundum Old.opinionem.c.19.num.4.

Et conciliantur Doct.vt opinio Old.procedat,quando abſque fraude Clericatus aſſumitur. Bart.autem opinio, ſi fraudulenter. ibid.num.5.

Clerici in ciuilibus cauſis coram Eccleſiaſtico iudice conueniendi ſunt.c.20.num.1.

Clerici laicis digniores.c.20.num.5.

Ideo trahunt ad ſe laicos minus dignos ibidem.

Clericus in iudicio laudatus in authorem a laico, an poſſit declinatoriam fori opponere,diffusè tractatur.c.20.num.22.

Et concluditur non poſſe, ibidem.num.23.

Clericus dicitur merus,& neceſſarius defenſor emptoris. cap.20. num.24.

Clericus pro defenſione emptoris comparens non remittitur ad ſuum iudicem, quia ex eius perſona non variatur forus, & ſuum priuilegium non debet actori nocere,c.20.nu.25.

Clericus quotieſcumque ad iudicium venit principaliter pro ſuo intereſſe, & in eo ſubſtantiatur iudicium, ſemper remittitur ad ſuum iudicem.c.20.num.27.

Clericus ſi non principaliter, ſed acceſſoriè veniat ad iudicium, non remittitur c.20.num.29.

Quod tanto minus ſit remiſsio Clerico venienti ad iudicium lite cœpta, quia tunc non poteſt vti exceptionibus ex ſua perſona priuilegiatis,ibidem. num.30.

Clericus quotieſcumque comparet ad defendendum emptorem, lis verè cum eo non tractatur,nec efficitur de foro ſeculari, & ſententia non fertur,nec exequitur contra eum,ſed contra emptorem.c.20.num.32.

Clericus,ſi conueniretur, vt condemnetur pro euictione remittitur ad Eccleſiaſticum.c.20.nu.33.

Clericus, ſi coram iudice laico compareat ad impediendum executionem ſententiæ latæ contra tertium, tenetur coram ſeculari litigare,& ratio aſſignatur. c.20.n.34.

Clericus conueniens laicum,& ſi desiſtere vellet a conuentione,nihilominus reconueniri poteſt coram ſeculari.c.20.n.36.

Clericus an reconueniri poſſit coram ſeculari, diſcutitur. cap.20. num.37.

Et ſtandum eſſe conſuetudini demonſtratur, præter varias Scribentium ſententias. ibidem.

Clericus

Clericus hæres laici, quando poſsit ad iudicium fori ſecularis vocari, occaſione hæreditatis pertractatur c. 20.n.43.

Clericus hæres laici non tenetur litem cœptam coram laico iudice, viuente teſtatore proſequi Sed denuo erit ſuper eadem re coram Eccleſiaſtico conueniendus.c.20.num.43.

Clericus, qui coram ſeculari iudice fideiuſsit prò laico de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo, an poſsit conueniri coram eodem, enucleatur.c.20.nu 50.

Clerici fideiuſsio facta in iudicio coram non ſuo iudice, non valet c.20.num.52.

Clericus depoſitarius non poteſt pro reſtitutione depoſiti coram laico iudice cnoueniri, quamquam in iudicio ſeculari depoſitum receperit.c.20. num.53.

Clericus officium ſeculare gerens non poteſt coram laico iudice conueniri pro concernentibus dictum officium.c.20.n.54.

Clericus adminiſtrator bonorum Principis ſecularis non poteſt ab eo carcerari pro ratione reddenda c.20 n.55.

Clericus Vaſsallus ratione feudi, coram Domino laico feudi conuenitur c 20.n.56.

Clericus ratione feudi non iudicatur perſona Eccleſiaſtica, ſed vt Princeps, Dux, Marchio, & Comes.c.20.num 58.

Clericus etiamsi ratione feudi conueniatur coram Domino feudi in his, quæ reſpiciunt feudum, tamen non poteſt aſtringi nec de aliquo delicto condemnari ab ipſo feudi Domino laico. cap. 20.num.59.

Clericus citatus à laico iudice, ſi ſua putauerit intereſse, fori declinatoriam legitimè opponere poteſt.c.20. num. 73.

Præcipuè ſi in citatione dicatur, ſi non compareas, in contumaciam procedetur.c.20.num.74.

Clericus citatus, ſi ſua putauerit intereſse, ſi non comparuerit, acta, & ſententia contra eum lata uon afficiunt. c.20.nu.75.

Clerici ciues dicuntur, & ciuium appellatione continentur. cap. 21.num.1.

Clerici non ſolum originarij, verum etiam alienigenæ, dummodo habitent, beneficient, vel commorentur in loco, veniunt appellatione ciuium.c.21.num.2.

Quod declaratur. num.27.

Clerici tranſgreſsiores ſtatuti laicalis commune bonum continentis peccant mortaliter.c.21.num.4.

Sed declaratur. num. 27.

Clerici, & laici in concernentibus politicam temporalem eundem habent Rectorem Principem ſecularem, cuius legibus gubernantur. c. 21. *num.* 6.

Sed quomodo procedat, demonſtratur, ibid. n. 26.

Clerici, quando propter commune bonum tenentur ſeruare edicta ſecularium, hoc euenit non vigore legis a Principe ſeculari promulgata, ſed vi rationis naturalis c. 21. *n.* 27.

Clerici violatores edictorum ſecularis Principis, non a laicali, ſed ab Eccleſiaſtico iudice puniuntur, c. 21. *n.* 28.

Clericus, quando vti intendit ſtatuto laicali, debet eo vti cum ſuis omnibus qualitatibus. c. 21. *n.* 31.

Clerici vnde dicti. c. 22. *num.* 1.

Clericorum aliqui ſeculares, aliqui regulares. c. 22. *n.* 2.

Clericorum nomine in materia iſta beneficij fori, veniunt omnes, qui in quacumque dignitate ſint poſiti præter laicos. cap. 22. *num.* 3. *ibid.*

Clerici in ſacris conſtituti indubitanter beneficio fori gaudent. c. 22. *num* 4. *ibid.*

Clerici prima tonſura tantum initiati, & ipſi gaudent beneficio iſto. c. 22. *num.* 5.

Clerici in minoribus conſtituti gaudent fori beneficio, dummodo in habitu, & tonſura incedunt; & inſeruiant Eccleſia de mandato Epiſcopi, iuxta ſanctionem Sacr. Conc. Trident. cap. 22. *num.* 7. *&* 8.

Clerici coniugati quando gaudeant beneficio fori. cap. 22. *num.* 9. *ibidem.*

Clericalis habitus in duobus copulatiuè conſiſtit, ſcilicet in tonſura, & in veſtibus, nec vnum ſine altero ſufficeret. c. 25. *nu.* 1.

Clericus in ſacris, ſeu beneficiatus non deferens tonſuram peccat mortaliter. c. 23. *num.* 6.

Clericus excuſatur a delatione tonſuræ ob carentiam capillorum c. 23. *num.* 7.

Clericis quæ veſtes ſint prohibitæ. c. 23. *n.* 10.

Circa quorum veſtes attendenda eſt regionis conſuetudo. ibidem. num. 13.

Clericus in dubio quis non præſumitur, ſed laicus. c. 24. *num.* 1.

Clericatus eſt ſolemnitas extrinſeca, ad quam non peruenitur niſi facto hominis, ideo probandus. c. 24. *nu.* 4.

Clerica-

Digitized by Google

Clericatus quomodo probetur.c.21.nu.5.ibid.
Confugiens ad Eccleſiam cum armis poſt delictum an ſit tutus. c. 5. num. 5.
Confugiens ad Sacerdotem Sanctiſsimam Euchariſtiam portantem an ſit tutus.c.19.nu.9.
Conſtitutio Gregoriana quod tantum reuocet facultates à Sede Apoſtolica conceſſas de extrahendis ab Eccleſijs delinquentes, & non quando competit hæc facultas vigore conſuetudinis, nonnulli voluere. c.14. nu.4.
Conſtitutiones Pontificiæ de exemptione Clericorum à ſeculari poteſtate ſunt antiqui iuris declaratiuæ, non noui diſpoſitiuæ. c. 16. nu. 6.
Conſuetudo eſt quid facti, ideo plenè probanda.c.14.nu.4.
Conſuetudinis probatio difficillima, & quare.cap.14.nu.4.
Conſuetudo eſt ſtricti iuris, & non extenditur. c.14. nu.5.
Et tantum habet de actu, quantum habet de potentia.ibid.
Conſuetudo ſtatuto æquiparatur.c.14.nu.6.
Hinc non inducitur ſuper his, ſuper quibus populus expreſſè ſtatuere non poteſt.c.14.nu.6.
Conſuetudo irrationabilis non valet. c.14. nu.7.
Conſuetudo legi contraria, vt legem tollat, debet eſſe introducta ſciente Principe.c.14.nu.8.
Conſuetudo dat iuriſdictionem.c.14.nu.1.
Quod ampliatur in iuriſdictione ordinaria, & dat meram, mixtam altam & baſſam, & imperioſam iuriſdictionem.ibid.
Quinimmo, & ſpiritualem.ibidem.
Quod declaratur. num. 10.
Conſuetudo iuriſdictionem tribuere poteſt, dummodo vtentes ſint capaces. cap.14.nu.11.
Vnde laici non poſſunt per conſuetudinem acquirere iuriſdictionem extrahendi ab Eccleſijs delinquentes, cum ea ſint incapaces.c.14. nu.11.
Conſuetudo Eccleſijs oneroſa tollenda.c.14.nu.13.
Et notabile Surd. dictum refertur.ibid.
Conſuetudo non poteſt inducere, vt laici in cauſis Clericorum ſe intromittant.c.16.nu.8.
Conuerſi, qui ſe Eccleſiæ ſeruitio dedicarunt, beneficio fori gaudent.c.22.nu.2.
Idem de Ieſuatis, Pinzocarijs, & ſimilibus dummodo ſint aggregati

gregati alicui Religioni, vel Regulam approbatam profiteantur.c.22.num.12.
Conuerſis capilli ſuperius non raduntur, ſed tonduntur inferius & quare.c.23.nu.2.& ſeq.
Crimen læſæ Maieſtatis exceptum,et ſub generali regula non cōprehenſum: Et ſi latrones ſunt deſtituti beneficio immunitatis Eccleſiaſticæ, tanto fortius rei huiuſce criminis c.9. num.1.
Crimen læſæ Maieſtatis vtrum committatur contra Principes inferiores, & Ciuitates recognoſcentes ſuperiorem.c.9. nu. 5.
Crimen læſæ Maieſtatis non committitur à Clerico erga ſeculares Principes, & quare.c.17.num.4.

D

Debitor pro ciuili debito ſe recipiens in Eccleſiam, eſt tutus, c.13.nu.1.
Debitor ſuſpectus de fuga, an extrahi poſsit ab Eccleſia. cap. 13. num. 3.
Decoctores, & falliti quando in Eccleſijs ſint tuti.c.13.nu.4.
Defectus iuriſdictionis quandocumque allegari poteſt. c.21.
Degradationis deffinitio. c. 17 nu.31.
Degradatio duplex, verbalis, & actualis, c.17. nu.32.
Et pro quibus delictis Clericus ſit degradandus.ibid.
Delinquentes in Eccleſijs, vel Cæmeterijs de iure non fruuntur immunitate Eccleſiarum, quod Sanctiſſimus in Conſtitutione iſta reſtrinxit ad homicidia, & membrorum mutilationes. cap. 6. num. 3.
Delinquens in Eccleſia, ſi in alteram confugerit, non erit tutus. c. 5.num.3.
Delinquens, ſi in Eccleſiam confugerit, non poteſt etiam in caſibus exceptis extrahi, niſi de mandato Epiſcopi, & cum interuentu perſonæ Eccleſiaſticæ.c.11.nu.1.
Delinquente in Eccleſia capto, ad carceres Curiæ Epiſcopalis reponendus eſt.c.11.num.2.
Nec tradi poteſt Curiæ ſeculari, niſi cognito prius per Epiſcopum, ſeu per deputatum ab eo, an confugiens vere crimina excepta commiſſerit.c.11.nu.2.
Et quomodo de crimine verè conſtare dicatur.ibid.
Delicti tempus attenditur in imponendis pœnis. c.19. nu.2.

Digitized by Google

Delicti cognitio ad quem forum ſpectet, attenditur ſtatus, in quo-quis erat tempore delicti.c.19 nu.3.

Delinquens, ſi ſtatim commiſſo delicto, Clericus efficiatur, in fraudem Curiæ ſecularis feciſſe præſumitur. c. 19.nu.9.

Diffamatus, accuſatus, vel inquiſitus de delicto, ſi efficiatur Clericus, in fraudem Curiæ ſecularis feciſſe præſumitur.c.19.nu.10.

Quæ non procedunt, ſi ex voto emiſſo ante delictum efficeretur Clericus poſt delictum. ibid.

Et quomodo votum probetur.c.19.nu.11.

Delinquens nō condignè ab Eccleſiaſtico punitus de delicto, poteſt iterum à ſeculari iudice pro eodem crimine puniri.c.20.nu.17.

Et quando non dicatur condignè punitus. ibid.

Delinquens, quando ab Eccleſiaſtico tantum pœna ſpiritualis fuit impoſita, poteſt à ſeculari iudice alia pœna plecti pro eodem crimine.c.20.nu.16.

Depopulatores agrorum qui ſint, & vnde dicti.c.4.nu.4.

Depopulatores agrorum non gaudent immunitate Eccleſiarum. c.4. num.1.

Deus Omnipotes voluit Clericos diſcuti à Pontificibus, & non à ſecularibus Poteſtatibus; quorum cauſa apud Eccleſiaſticum iudicem ſunt ventilanda.c.20.nu.2.

Differentia inter furem, & latronem.c.2.n.3.

Differentia inter latrones, & graſſatores.c.3.nu.8.

Differentia inter immunitatem, & libertatem Eccleſiaſticam.c. 24.num.7.

Diſpoſitio ſtatuentium commenſuratur ſecundum eorum poteſtatem, & non creditur voluiſſe illas perſonas complecti in generali ſtatuto, de quibus in ſpecie diſponere ſtatuentes non potuiſſent c.11.nu.15.

Diſtinctio Decian. de Clerico confugiente ad Eccleſiam, quando ſit tutus comprobatur. c.12. nu.4.

Doctores dicentes per conſuetudinem induci, vt delinquentes ab Eccleſijs extrahi poſsint per ſeculares, quomodo intelligendi. c. 14. nu.12.

Duplex eſt Maieſtas, Diuina, & humana.cap.9.nu.3.

E

ECcleſia, & loca ſacra maxima in veneratione fuere.c.1.nu.1.

Et verba Theodoſij Imperatoris referuntur.ibid.

Eccle-

Eccleſia nondum conſecrata quando habeat immunitatem, ne delinquentes ex ea extrahantur. c.10.nu.2.

Eccleſia diruta an habeat priuilegium immunitatis.c.10.nu.3.

Eccleſiaſtica Poteſtas quando deficeret propter ſchiſma, tunc Principes ſeculares poſſent ſe intromittere ad eum ſedandum.c.18.num.37.

Eccleſiaſtici iudicis negligentiam non ſupplet ſecularis iudex in criminalibus.c.18.nu.39.

Secus in ciuilibus.c.20.nu.72.

Eccleſiaſticus Iudex quando negligit punire Clericos delinquentes, quid agendum.c.18.nu.35.

Eccleſiaſticus ſi inhiberet ſeculari iudici, ne procederet in cauſa, in qua pro defenſione emptoris comparet Clericus, non eſt obediendus, & non curandum de inhibitione.c.20.nu.26.

Eccleſiaſticus iudex ſententiam laici iudicis exequi non tenetur. c.20.nu.47.

Eccleſiaſticus iudex competens erit, ſi turbator, & turbatus ſint Clerici, cum nec etiam in poſſeſſorijs Clericus poſſit trahi, neque citari coram ſeculari iudice.c.20.nu.70.

Prædicta etiam in remedio adipiſcendæ procedere demonſtratur, reiecta Ign.& Theſaur.ſententia.c.20.nu.71.

Aedes Canonicorum, vel Clericorum, ſi ſint intra fines habent immunitatem iſtam.c.10.nu.4.

Epiſcopus non debet ſtare proceſſui iudicis ſecularis, ſed ſuper delicto prætenſo probationes recipere.c.11.nu.3.

Epiſcopi, & cæteri Ordinarij hoc fori priuilegium tueri tenentur, & negligentes puniuntur.c.16.nu.15.

Epiſcopi, & cæteri Ordinarij non delegant laico cauſas criminales Clericorum.c.18.nu.3.

Nec etiam ſi vna cum laico committerentur Clerico.c.18.nu.4.

Nec etiam Clerico coniugato ibidem.

Ethymum vocabuli (Maieſtatis) datur.c.9.nu.4.

Excommunicatus an ſit tutus in Eccleſia.c.8.nu.13.

Exceptio Clericatus quandocunque opponi poteſt. c.17.nu.20.

Exiſtens in Eccleſia, ſi exiſtentem extra occideret, non erit tutus in ea.c.5.nu.7.

Exiſtens in Eccleſia, ſi mandat occidi extra eam, non priuatur eius immunitate.c.5.nu.9.

Exiſtens extra Eccleſiam occidendo aliquem in Eccleſia non eſt tutus.

tutus. cap.5.num.8.

Extractus, & legitime conſignatus Curiæ *ſeculari vtrum poſsit corporaliter puniri.c.11.num.6.*

F

Familiares Clericorum quando gaudeant beneficiò fori.cap.22. num.13.

Fauori ſuo quod quis renunciare poſsit, quomodo procedat declaratur. c. 10. num. 4.

Feder. de Sen.opinio damnatur,dum voluit Clericum,*qui falſum depoſuit coram ſeculari iudice, poſse puniri ex officio pecuniariter.c.18.num.20.*

Fines Eccleſiæ qui ſint in materia immunitatis, ne delinquentes inde extrahi poſsint.c. 10.nu.4.

Et an competant Eccleſÿs *tam intra, quam extra Ciuitates.ibi. Et quomodo connumerandi. ibidem.*

Fiudeiuſsor ratione contractus non obligatur foro ſui profanis. c.20.num. 51.

Fiſcus non tenetur litem proſequi in foro, quo erat cœpta, cu n habeat proprium iudicem.c.20.nu.44.

Feudi occaſione quod Clericus *habet à laico, ſubeſt laico, eique iuramentum fidelitatis præſtat.c.20.nu.57.*

Forma tradita à Sacr.Concil. Trident.in aſſumptione Clericatus.*c.19.nu. 16.*

Fraus regulariter non præſumitur.c.19.nu.6.

Et in ſpecie in delinquente,qui efficitur Clericus. ibid.

Fraus coniecturis,& indicÿs probatur.c.19.nu.8.

G

Gentiles huiuſce immunitatis Eccleſiaſticæ de non extrahendis delinquentibus è locis ſacris ſeruatores.c.1.num. 7. Vbi multa exempla referunt.

Graſsatores viarum qui ſint,& vnde dicti.c.3.nu. 2.

Graſsatores viarum proximi latronibus,& de eorum pœnis.c.3. num.1.

Graſsatores viarum, vt capite puniantur requiritur, quod ſæpe graſsati ſint.c.3.num.3.

Graſ-

Digitized by Google

Graſſatores viarum, vt priuentur immunitate Eccleſiaſtica, oportet, quod ſapè graßati fuerint. c. 3. num. 4.
Graſſator, qui ſemel, aut bis in via priuata ſpoliaßet, non erit priuatus immunitate Eccleſiaſtica. c. 3. num. 5.
Graßatores, qui ſemel graſſati ſunt, licet vigore ſtatutorum capite puniantur, non per hoc derrogatur immunitati Eccleſiaſticæ. c. 3. num. 6.
Graſſatores in quo differant a latronibus. c. 3. num. 8.
Gugliel. de Bened. in cap. Raynutius. de teſtam. reprobatur. cap. 20. num. 60.

H

Habitus Clericorum ſecularium incertus ſecus Regularium. c. 23. num. 11.
Habitus Clericorum ſecularium determinatur in hoc, vt a laicis Clerici dignoſcantur. c. 23. num. 11.
Habitus Clericorum in duobus copulatiuè conſiſtit, ſcilicet, in tonſura, & veſtibus. c. 23. num. 1.
Nec unum ſine altero ſufficeret. ibid.
Habitus Clericorum qualis eſſe debeat, refertur. c. 23. num. 12.
Habitus Clericorum non deſſignant Canones, ſed in materia habitus ius Canonicum procedit prohibendo. c. 23. n. 9.
Habitus Clericorum debet eſſe iuxta conſuetudinem regionis. c. 23. num. 13.
Habitus Illuſtriſſimorum Card. S. R. E. c. 23. num. 14.
Habitus an ſit Clericalis vel ne, ſi quæſtio eſſet, qui iudex erit Eccleſiaſticus, vel ſecularis? latè demonſtratur c. 23. num. 15.
Hæretici quare non ſint digni immunitate Eccleſiaſt. c. 8. n. 1.
Hæreſis definitio. c. 8. num 3. & 5.
Hæretici proditores ſunt illa proditionis ſpecie, quæ in Deum committitur. c. 8. num. 2.
Hæreſis, vox Græca, quæ latinè dici poteſt electio, ſiue ſecta in aliquo dogmate. Quæ, & ſi ſonet in bonam, & in malam partem, attamen infame eſt hoc nomen apud omnes Chriſtianos. c. 8. num. 7.
Hæretici ſi committant aliquod aliud delictum non exceptum, an ſint tuti in Eccleſia, c. 8. num. 9.
Hæreſis vt conſtituatur, tria concurrere debent, & quæ. c. 8. nu. 6.

Haretici largo modo poſſunt dici infideles, quamquam propriè non ſint.c.8.nu.4.

Homicidium proditorium quale, c.6.nu.3.

I

IAſ. opinio in l.qui condemnare. nu.2.ff.de re iud.confutatur, dum ſenſit,quod iudex laicus poſſit abſoluere Clericum à delicto ſeculari,cum nec etiam abſoluendo, poſſit laicus iudex de delictis Clericorum cognoſcere. c.17 ſub nu.24.

Immunitas Eccleſiaſtica quid, & vnde dicta.c. 24. nu.6.

Immunitas conceſſa Eccleſijs, ne delinquentes ad eam confugientes extrahantur, an ſit de iure Diuino, ſeu poſitiuo demonſtratur.c.1. nu.3.

Immunitas Templorũ iure naturæ à beſtijs ipſis ſeruata.c.1. n 8.

Immunitas,ne delinquentes, qui ſe in Eccleſias receperint, extrahantur, eſt præcipuum priuilegium Eccleſiarum, c.1.nu 2.

Immunitat m iſtam Eccleſiarum in deſuetudinem abijſſe Scribentes affirmarunt,c.1 nu 11.

Immunitas hæc adeo eſt ſeruanda, vt nec etiam iudices ſeculares Eccleſiam ipſam, in quam ſe recepit delinquens, cuſtodire, & obſidere poſſint.c.11.nu.7.

Niſi ad effectum tradendi illos Curiæ Eccleſiaſticæ,quæ poſtea declarabit,an gaudere debeant,nec ne,immunitate,c. 11. nu.7.

Imperator nec ipſe de cauſis criminalibus Clericorum cognoſcit, ſed exemplo Conſtantini deberet libellum accuſationis incendere. c.17.nu.2.

Imperator nec in atrocioribus,nec in crimine leſæ Maieſtatis, iudicat Clericos.c. 17. nu.3.

Infideles largo modo dici poſſunt hæretici,quamquam proprie non ſint;vnde Inquiſitores hæreticæ prauitatis contra eos procedere non poſſunt.c.8.nu.4.

Infideles an gaudeant immunitate Eccleſiaſtica, vt ſi ob delictum non exceptum confugerint ad Eccleſiam, inde ſint extrahendi, vel potius ſint tuti.c.8.nu.8.

Intellectus Dec. ad c.cum non ab homine.de iudic. refertur. c.17. num.30.

Intellectus ad c.1.de homicid.in 6.datur c.17.nu.8.

Intellectus.ad l.captum.ff.de iudic. datur.c.20. nu.49.

Ini-

Digitized by Google

Inimicus per inſidias occiſus, & ex feneſtra non dicitur proditoriè occiſus, quia bene poterat futuram vindictam prævidere. c. 6. nu. 5.

Iudices laici non debent ægrè ferre immunitatem Eccleſijs, locisuè ſacris eſſe conceſſam, c. 1. nu. 9.

Et referuntur ibi verba D. Chriſoſtomi, dum Eutropium defendit, ne ab Eccleſia extraheretur. c. 1. nu. 10.

Iudex laicus, quam cito ſibi de Clericatu conſtabit, tenetur de facto reuocare, quod fecit contra Clericum, & proceſſus eſt ipſo iu. nullus. c. 17. nu. 19.

Iudex ſecularis poteſt punire Clericum, quando Eccleſia, ob eius potentiam non poſſet. c. 17. nu. 26.

Iudex laicus, quando punit laicum, tanquam non condignè punitum ab Eccleſiaſtico, non reiterat pœnam, ſed ſuplet. c. 20. num. 19.

Iudex ſecularis in cauſa poſſeſſorij rei Eccleſiaſticæ, quando ſe ingerat, demonſtratur, c. 20. nu. 61.

Iudex ſecularis non impeditur de cauſa cognoſcere, ſi de titulo poſſeſsionis euidenter conſtet. c. 20. nu. 64.

Iudex laicus, quando incidenter cognoſcit de titulo, quomodo pronunciare debeat, oſtenditur, c. 20. nu. 66.

Iudice Eccleſiaſtico negligente in adminiſtranda iuſtitia in ciuilibus, poteſt illius negligentia ſuppleri per laicum iudicem, quod ſecus eſt in criminalibus. c. 20. nu. 72.

Iudex Eccleſiaſticus non tenetur pœnam impoſitam per conſtitutionem laicalem imponere, ſed aliam arbitrariam. cap. 21. num. 29.

Iudex Eccleſiaſticus non tenetur ſtare proceſſui facto à Iudice ſeculari. c. 21. nu. 3.

Iudex ſecularis an, & quando reuidere poſsit proceſſum ſibi ab Epiſcopo tranſmiſſum, c. 11. nu. 3.

Iure Diuino Clerici, & cæteri Eccleſiaſtici ſunt exempti à laicali iuriſdictione. c. 16. nu. 4.

Ius Canonicum procedit potius prohibendo, quam deſignando habitum Clericalem. c. 23. nu. 9

Iuriſdictio reſpicit tempus, locum, cauſas, res, & perſonas, & quo ad tempus, locum, & cauſas, iuriſdictio temporalis a ſpirituali eſt diſtincta, ſed quo ad res, & perſonas Eccleſiaſticas, nihil eſt, quod laicis iudicibus concedatur c. 21. nu. 26.

quod

Iuriſdictio ſpiritualis à temporali cum effectu diſtincta eſt. c. 16. num. 3.
Iuriſdictio ſpiritualis, & temporalis eſt penes Eccleſiam, ſpiritualis actu, & habitu temporalis tantum. c. 16. nu 3.

L

L*Aici iudices etiam abſoluendo, non poſſunt delicta Clericorum cognoſcere. c. 17. nu. 24.*
Laicus de mandato Epiſcopi an poſſit torquere Clericum abſque incurſu excommunicationis. c. 18. nu. 6.
Laicus coram Eccleſiaſtico iudice falſum deponens punitur, & eſt locus præuentioni inter Eccleſiaſticum, & ſecularem. c. 18. num. 22.
Laicus, qui capit Clericum, vt præſenlare Eccleſiaſticos iudici, non poteſt illum retinere vltra 20. horas. c. 18. nu. 34.
Laicus iudex poteſt procedere contra Clericum, ſi poſt delictum Clericaoum aſſumat, ſecundum Bart. opinionem. quæ tantum eſt intelligenda, ſi in fraudem Cleriaſſet. c. 19. nu. 1.
Laicus iudex erit tantum iudex cauſæ, ſed non perſonæ in omni caſu, quod in fraudem poſt delictum quis efficiatur Clericus c. 19. nu. 15.
Laicus, & Clericus ſi inter ſe litem agerent, ad quem appellandum ſit, demoſtratur. c. 20. nu. 7.
Laici plures ſi reperiantur in eodem delicto, inter quos ad ſit vnus Clericus, ſunt omnes remittendi ad Eccleſiaſticum, iuxta ſententiam Ant. de Prat veter. c. 30. nu. 9.
Laicus quando de delicto mixti fori condigne dicatur punitus ab Eccleſiaſtico, vt à ſeculari iudice iterum pro eodem puniri nequeat, declaratur. c. 20. nu. 18.
Laicus conuentus ſi dicat poſſidere nomine Clerici, ſit remiſsio Clerico inſtante. Quod verum eſt, ſi Clericus habeat ius in re. c. 20. num. 28.
Laicus fideiuſſor Clerici coram ſeculari an conueniri poſsit. c. 20. num. 51.
Laicus quando eſt turbator turbans verò Clericus, laicus iudex eſt competens. c. 20. nu. 62.
Laicus iudex non eſt competens, quando de titulo vnà cum poſſeſsione cognoſcendum erit, ſi de titulo principaliter agatur,

b ſecus

ſecus ſi incidenter.c.20.num.63.
Vbi quando principaliter tractari dicatur,demonſtratur ibidem.
Laicus iudex poteſt cognoſcere, quando titulus eſt iuſtificandus, parte non opponente de incompetentia iudicis.c.20.num. 65.
Laicus ſi turbetur à Clerico, adeundus eſt Eccleſiaſticus iudex,c. 20.num.67.
Laicus incapax eſt poſſeſſionis,vel quaſi rei Eccleſiaſtica, de qua nullo modo diſponere poteſt.c.20.num. 68.
Laicus iudex erit competens,ſi turbator, & turbatus eſſent laici, etiam ſi de beneficiaria tractetur.c.20.num. 69.
Laicus iudex rectè facit ſi cognito neutrum ius in cauſa fouere,notificauerit Eccleſiaſtico iudici,ne iura Eccleſiaſtica occupentur c.20.num.69.
Laico iudici conuenit Eccleſiam tueri.c.20. num. 69.
Laici omnes naſcimur;ideo Clericatus qualitas eſt probanda. c. 24.num.3.
Laicalis Conſtitutio,vt liget Clericos,qua requirat. c.21.n.30.
Laudum ſi ex forma natuts habet vim ſententia, & parat actionem, tunc adeundus eſt iudex arbitratoris, ſecus ſi non pareat actionem,ita concordando opiniones Doctorum declaratur cap. 20.num.8.
Latro,vt immunitati Eccleſia priuetur, requiritur, quod ſit publicus.c.2.num.4.
Et qui dicantur publici latrones.c.2. n.4.
Latro publicus,vt quis dicatur,qua requirantur.c.2.num.5.
Latro publicus vt quis ſit,non eſt quid facti,ſed iuris.c.2.n.7.
Leges imperiales circa immunitatis Eccleſiarum praeiudicium non attendenda. c.1.nu.4.
Lex ciuilis,ſi a Canonibus diſcrepet,non ciuile, ſed Canonicum ius ſeruandum c.1.n.4.
Etiam in foro laicali.ibidem.
Leges condere ſpectat ad ſeculares Principes circa temporalia ad Reſpublica conſeruationem.c.21.n.5
Quod declaratur.num.26.
Lex neceſſitat, & obligat; & priuilegio nemo inuitus vtitur. c. 21.num.19.
Litis conteſtatio non operatur,vt Clericus proſequi teneatur cauſam coram ſeculari. c.20.n.48.

Maieſtatis

M

MAieſtatis læſæ crimen eſt exceptum, & ſub generali regula non comprehenſum.c.9.n.1.
Hinc ſi latrones ſunt deſtituti beneficio immunitatis Eccleſiaſticæ,tanto fortius rei huiuſce criminis ibid.
Maieſtatis læſæ crimen,& ſi ante Conſtitutionem Gregorianam non reperiretur expreſſè connumeratum inter caſus exceptuatos,nihilominus rei illius delicti,tam de iure ciuili, quam Canonico, non erant tuti in Eccleſia c.9 n.2.
Maieſtas duplex, Diuina,& humana.c.9.n. 3.
Et Diuina reſpectu Dei conſideratur. ibid.
Humana vero concernit perſonas humanas , vt Principes , & Poteſtates.ibid.
Maieſtatis etbymum datur.c.9.n.4.
Maieſtatis læſæ crimen vtrum committatur contra Principes inferiores , & Ciuitates recognoſcentes ſuperiorem .c. 9. n. 5.
Maieſtatis læſæ crimen non committitur à non ſubdito,& oportet, quod ſit ſubditus ratione originis , vel domicilij. c. 9. n. 6.
Maieſtatis læſæ crimen in perſonam ipſiuſmet Principis debet committi,vt vigore Gregorianæ careat reus immunitate Eccleſiaſtica.c.9.n.7.
Ideo offendente Conſiliarium Principis non poſſunt extrahi ab Eccleſia.ibidem.
Maieſtatis læſæ crimen incurrunt violatores immunitatis Eccleſiaſticæ.c.15.n.5.
Et redditur ratio. ibidem.
Maius eſt delictum nocturnum diurno, vnde fures nocturnos occidere licet, etiam ſi telo non ſe defendant, ſecus diurnos.c.9. num. 2.

N

NAtura non creat artem, ſed diſponit ad artem.c.24.num. 2.
Nicol. Boer. opinio improbatur , dum in Conſtit. Burgund. de coſtumes concernans. §.21. ait, Clericum citatum, vt laicum, poſſe à ſeculari iudice in expenſis condemnari ; ſi non compareat ad docendum , & opponendum de Clericatu. c. 17.nu.22.
Nouitij, ſi antequam profeſſionem emittant, delinquant , ab Eccleſia-

cleſiaſtico tantum puniendi. c.22. nu. 11.
Quod intelligendum, niſi Nouitius Religionem deſerat, & de Monaſterio exeat. ibid.
Nouitium offendens punitur, ac ſi Religioſum offendiſſet. c. 22. ſub num. 11.
Nullus datur caſus, in quo ſeculares poteſtates puniant Clericos non degradatos. c. 18. nu. 38.
Nullus prorſus laicus, etiam ſi Imperator eſſet, vel Rex, poteſt confugientem ad Eccleſiam extrahere. c. 1. nu. 5.
Vbi refertur, quod Bonifacius Rex à D. Auguſtino fuit excommunicatur, quia delinquentem ab Eccleſia extraxerat;
Et Bonifacij verba reſponſiua recenſetur. ibid.

O

OLdr. conſil. 54. reprobatur, dum reſpondit debitorem non eſſe tutum in Eccleſia, ſtante ſtatuto, quod debitores perſonaliter capiantur. c. 13. nu. 2.
Opinio Ant. de Prat. vter. malè practicatur à iudicibus noſtri temporis, qui quo ad laicos cognoſcunt, & Clericos remittunt. c. 20. nu. 10.
Opinio Panor. refertur, qui voluit Clericos delinquentes extrahi poſſe ab Eccleſijs. 12. nu. 1.
Opinio Bar. in l. non videtur, la prima, num. 1. ff. de iudic. reprobatur, qui affirmauit condemnationem expenſarum fieri poſſe per laicum iudicem in caſu, in quo Clericus citatus, vt laicus, non comparuerit ad opponendum de Clericatu. c. 17. nu. 22.
Operatio nulla eſt, quando deficit poteſtas. c. 21. nu. 10.

P

PAlatium Epiſcopale quando gaudeat immunitate Eccleſiæ. c. 10. nu. 7.
Papa ſolus poteſt iubere, vt in omnibus caſibus confugiens ad Eccleſiam extrahatur. c. 1. nu. 6.
Papam non poteſt legem condere, vt Clerici à iudicibus ſecularibus iudicentur. c. 16. nu. 7.
Quod intelligendum quo ad omnes Clericos, & quod ad omnes cauſas. ibidem.

Papa

Papa poteſt delegare iudici laico cauſas etiam criminales Clericorum. c.18.nu.1.

Papa poteſt priuilegium concedere Principi ſeculari, ut contra Clericos cognoſcat de aliquo delicto, ſeu contra Clericos alicuius loci procedere poſsit. c.18.nu.7.

Papa non poteſt priuilegium generale facere, ut ſecularis cognoſcat de omnibus delictis Clericorum, reſpectu omnium, complectendo totum ordinem Clericalem. c.18.nu.8.

Papa poteſt ea, quæ ſunt iuriſdictionis delegare, ſecus ea, quæ ſunt ordinis. c.18.nu.2.

Panor deſcriptio de agrorum depopulatoribus damnatur. cap.4. num. 3.

Paſſus dati Eccleſijs intra quos delinquentes capi non poſſunt; quomodo connumerandi. c.10 nu.4.

Paſsus Eccleſijs dati nunquid competant Eccleſiis tam intra, quam extra Ciuitates conſtructis. c.10.nu.4.

Pœna, quæ ſolet imponi blaſphemis refertur. c.8.num.12.

Pœna triginta librarum argenti examinati puriſsimi, poſsunt puniri violantes Eccleſiaſticam immunitatem, extrahendo confugientes ad Eccleſias c.15.nu.1.

Pœna nonaginta ſolidorum aliquando puniuntur violatores immunitatis Eccleſiaſticæ, & publica eis imponitur pœnitentia arbitrio Epiſcopi. c.15. num.2.

Pœna excommunicationis puniuntur violatores immunitatis Eccleſiaſticæ. c.15.nu.4.

Pœna arbitraria puniuntur violatores iſti. c.15. nu.7.

Pœnas non determinat Conſtitutio Gregoriana, nec minus Sacr. Conc. Trid. Synod. quibus ſint plectendi violatores immunitatis noſtræ. c.15. nu.1.

Pœnas inflictas violatoribus immunitatis Eccleſiaſticæ nunquid euitent extrahentes vigore conſuetudinis. c.15 nu.8.

Pœna corporalis loco, quæ pro delicto erat de iure imponenda, ſi Eccleſiaſticus iudex pecuniariam impoſuiſſet: quid faciendum, quando ſecularis iterum punire intendit pro eodem delicto, ſub prætextu, quod non fuerit condignè punitus. cap.20. num. 20.

Pœna fuſtigationis ſi fuerit inflicta per Eccleſiaſticum iudicem delinquenti, cui de iure erat abſcindenda manus, poſtquam in pœnis corporalibus non datur augumentum, ſeu diminu-

tio neque poſsit fieri reſtitutio, tunc per pœnam pecuniariam erit ſupplendum. c.20. nu.21.

Principes ſeculares, & eorum Miniſtri nullam prorſus habent in Clericos iuriſdictionem. c.17. nu.1.

Princeps etiam ſupremus tenetur obſeruare contractum, cum Deus Principibus ſubiecerit leges, ſed non contractus. c. 18. num. 12.

Princeps ſeculares non habent poteſtatem condendi leges in Clericos. c.21. num.8.

Priuilegio Clericali Clerici in ſacris conſtituti renunciare non poſſunt. c.16. nu.12.

Priuilegiatus tenetur comparere ad allegandum priuilegium. c. 17. num. 18.

Priuilegium ſi non appareat, ſufficit poſſeſsio immmemorabilis, cum allegatione priuilegij. c.18. nu.9.

Priuilegium conceſſum Principibus à Summis Pont. cognoſcendi de cauſis Clericorum Papa reuocare poteſt. c.18. nu. 10.

Priuilegium quando tranſiuit in contractum, quomodo reuocari poſsit, latè demonſtratur. c.18. nu.11.

Priuilegium conceſsum non ſubdito difficilius reuocatur, quando in contractum tranſiuit. c.18. nu.13.

Vbi redditur ratio.

Priuilegium quando dicatur habere vim contractus. cap. 18. num. 14.

Priuilegia iuriſdictionalia non ſubditis conceſſa reuocantur. cap. 18. num.15.

Priuilegium quando incipit nimis lædere reuocatur, quamuis non ſubdito conceſsum. c.18. nu.16.

Priuilegio abutens, amittit illud. c.18. nu.17.

Et pariter contrauueniens.

Et vnicus ſufficit actus.

Priuilegia ſunt ſtricti iuris, ideo ſtrictè interpretanda. cap. 18. num.18.

Priuilegium fori recuperat Clericus iaculator, hiſtrio, & buffonus, ſi intra annum pœniteat. cap.18. nu.26.

Priuatus poteſt retinere Clericum cum muliere inuentum, dummodo ſit maritus, frater, vel filius. c. 18. nu.25.

Proditores qui ſint. c.6. num.1.

Punitus ab Eccleſiaſtico nunquid à ſeculari iudice pro eodem crimine

mine puniri poſsit? latiſsimè enucleatur. cap. 20.uum.13.
Punitus ab Eccleſiastico in duobus tantum caſibus pro eodem crimine puniri poteſt a laico c 20. nu 18.
Publica vtilitas, & commune bonum efficit, vt lex fieri poſsit, cuius finis, eſt commune bonum c.21.nu.25.
Publica vtilitas ſola non ſuſtinet actum nullum. c.21.nu.24.
Proditorum ſpecies enumerantur. c.6.nu.2.
Proditorium homicidium quale. c.6.num.3.
Proditor vt quis dicatur, oportet, quod fidem datam frangat. c. 6. nu. 4.
Vel ſimulatione inſidietur. ibid.
Proditor non dicitur, qui inimicum per inſidias occiderit. cap.5. num. 5.

Q

QValitas tribuens iuriſdictionem non præſumptiuè, ſed concludenter probanda. c.11. ſub nu.4.
Quando in diſpoſitione aliquid præſupponitur, vt præſuppoſitum locum habeat, verificari debet. c.17.num.9.
Quando deficit poteſtas, nulla, eſt operatio. c.21.nu.10.
Qua de cauſa latrones excipiantur ab immunitate Eccleſiarum. c.4.num.5.
Quare latrones capite puniantur, cum eorum intentio principalis ſit depredari, & non occidere. c.3.nu 7.
Qui palam furatur dicitur famoſus fur, ſecus ſi clam. c.2.nu.2.
Qui ſemel, aut bis in via priuata ſpoliaſſet, non erit graſſator, vt immuuitate Eccleſiaſtica priuetur, & redditur ratio. cap. 3. num.5.
Qui in vna Eccleſia deliquit, priuatur immunitate omnium, cum vna ſit per totum Orbem vniuerſalis Eccleſia. c.5.nu. 3.
Qui ſemel in Eccleſia deliquit, nunquid pro alijs delictis poſſit extrahi. c.5.nu.5.
Qui nullo ordine Clericali initiati inſeruiunt Eccleſia animo, vt fiant Clerici, gaudent beneficio fori. c. 22.nu.6.
Et in quibus verificetur. ibid.
Quod quis ſit publicus latro, non eſt quid facti, ſed iuris. cap.2. num.7.

Ratio

Digitized by Google

R

RAtio priuationis immunitatis Eccleſiarum in delinquentibus in eis.c.5.nu.2.
Reconueniri nunquid poſsit Clericus coram ſeculari, pleniſsime tractatur.c.20.nu.35.
Reconuentio incontinenti fienda eſt in ipſo litis exordio, & ante litis conteſtationem, & tunc operatur effectum prærogatiuum iuriſdictionis, & cauſæ conuentionis, & reconuentionis ſunt ſimul tractandæ, & decidendæ, c.20.nu.38.
Reconuentionis effectus poſt litem conteſtatam referuntur.cap.20. num. 39.
Reconuentio in cauſa appellationis non admittitur. c.20 nu. 40.
Reconuentio quando detur coram iudice appellationis.ſi ab interlocutoria fuerit appellatum, demonſtratur.c.20.nu.41.
Reconuentio quando concedatur coram iudice delegato, demonſtratur. c.20.nu.42.
Regula datur in puniendis Clericis.c.17. nu.40.
Regulares omnes profitentes regulam approbatam per Sedem Apoſtolicam gaudent beneficio fori.c.22.nu.10.
Reprobatur opinio tenentium exactionem pœnarum impoſitarum extractoribus ab Eccleſijs, perdidiſſe Eccleſiam. c.15.nu.3.

S

SAcra à profanis quo vis iure ſemper diſtincta. c.16.nu.2.
Sacrilegus eſt tutus in Eccleſia vigore Conſtitutionis noſtræ. c.5.nu.6.
Sententia declaratoria requiritur ſuper Aſſaſsinio, vt Clericus pro tali crimine puniri poſsit à laico.c.13.nu.10.
Sententia Ant.de Prat veter.comprobatur, quando Clericus vna cum laicis deliquit, quod fiat remiſsio ad Eccleſiaſticum iuxta quam decretum fuiſſe à Sacra Conſulta refertur.c.20.num. 12.
Sententia, cum executionem habuerit parit exceptionem, & non eſt iterum de eod.delicto quærendum, & alia pœna reus non eſt plectendus, cum Deus bis non iudicet in idipſum. c.20.nu.14.
Sola vtilitas non ſuſtinet actum nullum.c.21.nu.24.
Speciale huius criminis videtur, quod in violatoribus immunitatis Eccleſiaſticæ puniatur effectus.c.15.nu.6.
Et quomodo procedat declaratur. ibid.

Spi-

Spiritualis iuriſdictio à temporali ſeparata tam ex mente Theologorum, quam Canoniſtarum.c.16.n.3.

Stante ſtatuto, quod debitores capi poſſint perſonaliter pro debito, nunquid ſint tuti in Eccleſia.c. 13. n.2.

Stante conſuetudine extrahendi delinquentes ab Eccleſijs, ad quas confugerunt, multi voluere, quod iudices laici per ſe ipſos extrahere poſſent. c. 14. n. 2.

Sed contrarium eſt verius. c.14. n. 12.

Statuta laicalia concernentia commune bonum ligant Clericos.*c. 21. n. 3.*

Cuius contrarium comprobatur. n.21.

Statutum laicale de Clericis expreſſè loquens non valet. cap. 21. num.7.

Statuere eſt iuriſdictionis, & à pari procedunt ligare aliquem ſtatuto, vel trahere ad ſuum forum.c.21.n. 9.

Statutum generale, & fauorabile Clericos ligare multi dixerunt c. 21. n. 12.

Quod declaratur.n.18. & n. 22.

Statutum laicale ſub ſua generali diſpoſitione non continet Clericos. *c. 21. nu. 13.*

Statutum quantumcunque generale non extenditur ad perſonas exemptas, & non ſubiectas ſtatuentibus. capit. 21. numero 14.

Statutum generale tum ex defectu poteſtatis, tum voluntatis, Clericos non comprehendit. c.21.n. 16.

Statutum quantumuis fauorabile non ligat Clericos*. cap. 21. num. 17.*

Statuta fauorabilia quomodo ligent Clericos*, declaratur.cap. 21. num.20.*

Statutum laicale commune bonum continens non ligat Clericos*, ex defectu poteſtatis.c.21.n.21.*

Statutum merè fauorabile Clericis *nec etiam valet. capit. 21. num. 22.*

Statutum per quod ligantur Clerici *non fauorabile, ſed odioſum demonſtratur.c. 21. n. 23.*

Statutum quando requirit probationes, non ſufficiunt præſumptiones, niſi eſſent præſumptiones iuris. capitulo 11. ſub num. 4.

Sum. Pont. in Conſtitutione *iſta mandat, vt ſeculares non ſe intromit-*

tromittant in cauſis perſonarum Eccleſiaſticarum. cap. 16. num. 1.
Summ. Pont. poteſt delegare iudici ſeculari cauſas criminales Cle*ricorum.c.18.n.1.*
Summ. Pont. poteſt per priuilegium poteſtatem impartire laico cognoſcendi de delictis Clericorum c.28.n.7.
Quod intelligitur de aliquibus delictis, & de Clericis certi loci, & non per generale priuilegium totum ordinem Clericalem comprehendens, ibidem. num.8.
Surd. dictum refertur in materia conſuetudinis contra immunitatem Eccleſiaſticam.c.14.num.13.

T

Tonſura duaſpecies, & quæ ſint. c. 23. n. 2.
Tonſura in modum ſphœra, & corona competit Clericis *ad Diuina miniſteria deputatis.c.23. num. 3.*
Tonſura ſphœrica ſignificatus. c. 23. nu.3.
Tonſura à quibus originem habuerit.c.23.n.5.
Tria concurrere debent ad perfectam hæreſim conſtituendam,& quæ. c. 8.n. 6.
Trina monitio requiritur, vt Clericus *in ſacris amittat priuilegium fori.c. 17. n. 16.*
Et vnica ſufficeret facta in Sinodo, ibidem.

V

VEnditor veniens ad iudicium pro defenſione emptoris non poteſt reddere conditionem actoris deteriorem, ſed admmittitur in ſtatu, in quo reperitur cauſa, & excluditur ab omnibus, a quibus excluditur emptor. c. 20.num. 31.
Verba D. Chryſoſtomi referuntur, dum Eutropium, qui ad Eccleſiam confugerat defendit, ne extraheretur. capitulo 1. num. 10.
Verbalis degradatio quando, & pro quibus delictis imponatur. cap.17.num.34.
Verbalis degradatio ad quem finem fuerit introducta. cap. 17. num. 35.
Veſtes Clericales a iure determinatæ non reperiuntur. cap. 23.

numero

Digitized by Google

numero 8.

*Et quales eſſe debeant.num.*10 *ibidem*.

Voti emiſſio iuramento vouentis probatur, ſecundum communem

Contrarium vero ſeruari in practica demonſtratur. ibidem. num 13.

Votum ſi probetur alias quam iuramento vouentis vtique Clericus effectus poſt delictum, eximitur a foro ſeculari.cap. 19. *num.* 14.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google



BRACCIANI. SVMPTIBVS VINCENTII CASTELLANI.

Ex typographia Andreæ Phæi.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

Digitized by Google

gle